✓ Pelegrinus decanus de Burgo Aquil. R. 237. n. 5 a. 1374
✓ Petrus Beloni R. 76 n. 2 a. 1409. N.º 92
✓ Petrus Cataldini datiar. panis 2º R. 117 n. 2 a. 1401. = 1º R. 76 n. 2 a. 1409 =
✓ Petrus de Fuxo marescalc. curie R. 95 n. 1 a. 1350.
✓ Petrus Virgin R. 217 n. 6 a. 1383
✓ Philippus de Aridiciis capitan. R. 267.
✓ Popossius pictor R. 80 n. 2.
~~Pecanus Cherubini R. 33 n. 4~~ a. 1412.
Putius (Pucius) de Senis capitan. pag. 1.

✓ Saginus de Zamorellis gastaldionus R. 227 n. 3.
✓ Sclavucius R. 224 n. 3 a. 1347.
✓ Sigardus R. 224 n. 3 a. 1347.
✓ Stefanus notarius R. 192 n. 6 a. 1362, App. V. a. 1362. p. 118, p. 119.
Thomas de Placentinis capitan. R. 41.
Toppus R. 95 n. 1 a. 1350.
Tristanus de Savorgnano R. 33 n. 4 a. 1404, R. 76 n. 2 a. 1409. V. a. 1400. p. 120
Uciglutus Pinciani R. 133 n. 4.
Vitalis Miani Locumten. R. 267.
Zanitellus notarius R. 51 n. 2
Zanninus de Prata capitan. R. 50, R. 106 n. 1. App. VI. p. 121.

---

1 Ulvinus q. d.ni Phaloriis de Utino App. I. n. 2.
✓ Nicolaus notarius App. I. n. 2. p. 113. a. 1306
✓ Michael q. Albitani ibid
✓ Daniel Wercius ibid
✓5 Nicolaus Nasuti ibid.
✓ Brunus de Lignamine ibid.
✓ Adrionus Casthaldo Utini ibid. p. 114. a. 1306
✓ Jacobus q. Antonii cerdo de Rifano ibid.
✓ Antonius de Venzono App. I. n. 2 a. 1362. p. 114
✓10 Piligrinus de Venzono ibid.
✓ Leonardus q. ser Hectoris capitaneus id. a. 1395. id.
✓ Azolinus de Zubertinis capit. App. II. p. 114. V. p. 119
✓ Johannes de Zuxo Vice-Capit. App. IV. a. 1390. p. 115
✓ Federico di Savorgnano App. IV. n. 1. p. 116,
15 Giovanni di Moravia Petcho. ibid
✓ Guronus sartor App. V p. 116
✓ Candidus speciarius ibid p. 117,
✓ Zannus cerdo ibid p. 117, a. 1362. p. 118
✓ Nicolusius de Pincoto ibid. id.
20 Nicolaus Warbiti ibid. id.
✓ Matiussius de Prampergo Vice-Capit. App. V a. 1362 p. 117
✓ Nicolusius de Villalta Capitan. ibid
✓ Bennatus q. Petri Baldini camerar. ibid
✓ Franciscus de Nimis ibid — e p. 118, 119
25 Fridericus Ottacini ibid
✓ Franciscus de Savorgnano miles ibid
✓ Paganus de Savorgnano miles
✓ Azilinus d.ni Zumbertini leg. doct.
✓ Bilunisius, et p. 119
30 ✓ Leonardus Arcolonianus
✓ Gabriel de Cremona
✓ Johannes Ravani
✓ Missius, et p. 119
✓ Margarittus
35 Raynerius tuscus
✓ Johannes d.ni Jacomini
✓ Simon notarius
✓ Nicolaus Valentini
✓ Tinghus
40 Nicolaus d.ni Gabrielis de Cremona — App. VIII a 1387. p. 123, et App. VIII a. 1387. p. 123
✓ Brunatius — et p. 119.

42 Philippus ser Albrignetti App. V. a. 1362. p. 118 et p. 119.
✓ Jacobus Nasitti ibid.
✓ Venutus Cataldini *, et p. 119
✓ Nicolaus Ranconi
✓ Ignatius
✓ Nicolaus magistri Gregorii, et App. VII a. 1387. p. 123
✓ Pincerninus
✓ Rodulphus Furussii
50 Jacomatius Sartor
✓ Michilinus tuscus
✓ Thomas aurifex
✓ Odricus Cassine
✓ Jacobus notarius Gelli
55 ✓ Antonius de la scarparia
✓ Johannes de Parma
✓ Philippus magistri Errardi
✓ Uriolus
✓ Nicolussius Baldane
60 Johannutus porcarius, et p. 119
✓ Petrus expenditor, et p. 119
✓ Vinturellus spadarius, et p. 119
✓ Bonaguida speciarius
✓ Paulus notarius
65 Johannes Nani aurifex
✓ Conradus d.ni Uzeli
✓ Petrus Antivani
✓ Pascolus de burgo, et p. 119
✓ Monachinus.
70 Purcardus, Pulcardus id. et p. 119
✓ Franciscus Miulitte
✓ Paulus de Mulargis
✓ Leonardutius cont
74 ✓ Franciscus Birtulini

80 Candidus speciarius Ap. V a. 1362 p. 118 et 119
✓ Bermannus notarius Rusitti ibid.
~~Franciscus~~ Leonardutius de Reazicto ibid., et p. 119
Suppus cerdo ibid.
✓ Laurentius bercHandarius ibid.
85 Candidus notarius ibid.
✓ Raynoldus draperius ibid.
✓ Nicolaus Blasotti V. a. 1352. p. 119
✓ Zaninus de Burgo ibid.
✓ Leonardus purcarius ibid.
✓ 90 Jacomutius pelliparius ibid.
✓ Paulus de Mulargis ibid.
✓ Carlavarius ser Uzelli ibid.
✓ Andreas Maurocenus Capitan. V a. 1364. p. 119.
✓ Nicolaus Ropretti V. a. 1400. p. 120
95 Andreas de Monticulis capitan. VII. a. 1387. p. 123
✓ Colussa de Bombenis ibid.
✓ Detalmus ibid.
✓ Petrus de Bellonis ibid.
✓ Valentinus de Valentinis id.
100 ✓ Leonardus de S. Daniele id.
✓ Laurentius Arpussii id.
✓ Franciscus de Cavalcantibus id.
✓ Nicolussius ser Zani id.
✓ Manfredus draperius id.
105 ✓ Nicolussius notarius de S.ta Maria id.
Pasqualus de Burgo Glemone id.
✓ Zacius de Burgo Glemonae id.
Moises id.
✓ Chumutius molendinarius VII. a. 1405. p. 126.
110 ✓ Johannes Carbonelli Capit. VIII. 1348. p. 128.

Civilis fori causarum extra-
vagantiumque iurgiorum
quibus ~~totit~~ totius popu-
li facies latiùs et nego-
tiorum interesse ob innu-
meras actiones suggestus
ad presidium lacessitur,
quanto clarior et brevior
ordo est, tanto partium
votis gratius occurritur
et exinde voragini dis-
pendium minus indulge-
tur. Quo circa precla-
rus et magnificus miles
dominus Franciscus Bem-
bo pro serenissimo et
excelso ducali dominio
Venetiarum patrie Fori-
julii et urbis hujus uti-
nensis bene meritus
gubernator atque le-
gum doctor Egregius
dominus Petrus de [illegible]
Capitaneus, Consilium
et Regimen comunitatis

ejusdem terre quibus
plurimum cordibus
inest bone guberna-
tioni et salutifero sta-
tui et libertati ip-
sius terre Utricensis
paterna quadam be-
nevolentia et sollicitu-
dine possetenus inten-
dere et providere et ci-
ves suos in litigiis pro-
lixitate temporis ma-
gnis laboribus et
sumptibus non grava-
ri, sed quibuscunque
debitam justitiam exhi-
beri, premissorum con-
sideratione animadver-
tentes statuta causa-
rum civilium ejusdem
terre et aliorum nego-
tiorum et litium que
multifariis et inopina-
tis eventibus varietates et
prolixitates sic se multipli-
ces continere esse que liti-
gantibus propter ipsorum
chaos dispendio et jacture
affectantesque propterea

illa pro publico omnium bo-
no corrigere et in melius
reformare ut debitis sicut
convenit modis quoque jur-
gia concludantur. Et in
additionibus, diminutioni-
bus vel interpretationibus
iuris communis litigantes
sentiant ex celeri natu-
ra causarum se pluri-
mum ab expensis et labo-
ribus relevatos cum con-
silio, voluntate et consen-
su omnium civium et
universitatis dicte terre
Utini jusserunt et decre-
verunt in ipsis suppleri
defectus et superflua
resecari, quibus sub jus-
ticia et equalitate cete-
ri ducerentur. Circa
que perficienda eorum
sapientes et notabiles
consultores et reforma-
tores constituerunt. Qui
ad laudem et gloriam
omnipotentis Dei patris,
filii et spiritus sancti
atque intemerate vir-

ginis gloriose ejus ma-
tris et totius celestis
curie triumphantis ac
ad honorem et felicem
statum prelibati sere-
nissimi ducalis domi-
nii et sancte aqui-
lejensis ecclesie, nec
non ad conservationem
bonum statum et li-
bertatem prefate com-
munitatis terre Utini:
in nomine Conditoris
universe creature qui
sapientia fundavit ter-
ram et firmavit celos
prudentia, quique om-
nis regiminis et guber-
nationis est alfa et
o, jam dicta statu-
ta et ordinamenta co-
munitatis terre Utini
cum summa prudentia
et discretione correxe-
runt, regulaverunt, con-
stituerunt, reformave-
runt et firmaverunt
ut infra seriatim ap-
paret sub anno domi-

nice natiuitatis millesi-
mo quadringentesimo
vigesimo quarto, indi-
tione secunda. Que
omnia ordinamenta pre-
fatus dominus Locum-
tenens suam in eis
interponens auctorita-
tem et decretum, ac
dominus Capitaneus,
Consilium et regimen
dicte terre Utinensis
per eorum laudabilem
sanctionem affirman-
tes, approbantes et ro-
borantes mandaverunt
illa a quibuscunque
personis inviolabiliter
observari sub bannis
et penis in eis adie-
tis.

Que quidem Statuta
et ordinamenta infra
contenta in presenti
volumine ex mandato
et deliberatione antefati
domini Locumtenentis
ac prescriptorum domi-

norum Capitanei, Con-
silii et Regiminis ter-
re Ultrini alta voce
proclamata et publi-
cata fuerunt in loco
solito plathee communis
dicte terre Ultrini per
Nestorem de Pisis tu-
batorem prefati domi-
ni Locumtenentis sub
millesimo quatuorcen-
tesimo vigesimo quin-
to indictione tertia
die Jovis duodecimo
mensis Julii mandan-
tes illa inviolabiliter
observari a quibus-
cunque personis sub
penis et bannis in
eis contentis. ——

1. Quod nemo vicinus vel forensis Deum nec Sanctos audeat blasphemare.

Statutum et ordinatum fuit quod quicumque vicinus vel forensis in Utino blasphemaverit Deum vel beatam Virginem Mariam vel Sanctum contra preditorum vel alicujus eorum imaginem vel figuram seu sputaverit ipsorum imaginem seu eam pedibus calcaverit aut cum cultello vel alia quacumque re percusserit cadat in penam unius marche denariorum Aquilejensium. Si vero contra aliquos vel aliquem Sanctorum vel Sanctarum predictarum vel aliquod ex eis fecerit cadat in penam medie marche denariorum Aquilejensium pro

quolibet vice. Cujus pene-
tertia pars sit Capitanei, ter-
cia accusatoris et reliqua
tercia sit communis. Cujus
deposito fiat coram Capi-
taneo et duobus de consi-
lio et teneatur in credentia.
Si vero talis persona fuerit
que penam predictam
solvere non possit Capita-
neus teneatur ipsum poni
facere ad berlinam man-
surum ibidem per diem in-
tegrum. Et quod pena pre-
dicta sive pecuniaria sit
sive vituperosa sibi remit-
ti non valeat ullo modo. Et
si contencio fuerit utrum
verba prolata per illum qui
fuerit de blasfemia accu-
satus importaret blasfe-
miam vel non. De quibus
verbis qualiter fuerit ste-
tur dicto accusatoris et de
dicta contencione delibera-
cioni Capitanei et consi-
lii terre Utini. Et si con-
tingerit aliquem poni ad
berlinam pro hujusmodi ex-

rore preconizatum per precones quod ponitur pro hujus modi crimine (1)

(1) 1347, XXXI Decembris. [In Consilio Terre Utini] ordinatum fuit quod de blasfemantibus Deum, Sanctos quod ordinamentum mandetur execucioni. Ann. I, 43.

1394, 13 martii. In Consilio Terre Utini statutum, sancitum et ordinatum fuit quod nulla persona de cetero audeat vel presumat in aliquo loco eiusdem Terre blasfemare Creatorem suum omnipotentem Deum vel eius intemeratam genitricem virginem Mariam vel aliquem sanctum seu sanctam sub pena XXV libr. solidorum totiens committenda et exigenda quociens contrafactum fuerit, cuius pene quarta pars applicetur publico dicte Terre, alia quarta D. Capitaneo, alia quarta Camerario et procuratoribus dicti Comunis et sint solliciti ad faciendum exigi dictam penam sine aliqua remissione et alia quarta pars accusatori. Volentes conditores huiusmodi presentis ordinamenti quod una sola persona bone fame et fide digna possit accusare D. Capitaneo et duobus de Consilio quamcumque personam in predictis transgredientem et quod sibi adhibeatur plenissima fides in secretoque debeat retineri.

Ann. XI, 42.

2. Super eodem.

Item statutum fuit quod
siquis inhoneste locutus fue
rit de deo vel beata Maria
seu sanctis eius verba illici
ta proferendo dicendo scilicet
quod Deus nec sancti pos
sent facere et similia ver
ba pertinentia ad contemp
tum, cadat in penam XL
denariorum. Cujus pene ter
cia pars sit Capitanei ter
tia accusatoris et tercia co
munis et uni soli accusa
tori credatur si fuerit bone
fame. Cujus deposicio fiat
coram Capitaneo et duobus
de consilio et teneatur in cre
dentia. Et si solvere non
posset ponatur ad berlinam
per diem medium perman
surum, Et qua pena predic
ti sibi remitti non possit

ullo modo ut supra dictum est in proxime supradicto ordinamento. Et si contentio fuerit de verbis prolatis stetur in supradicto proxime statuto dictum est.

3.

3. De non audentibus ludere nec audentibus tendere pelles vel bestias ponere in cimiteriis sancte Marie majoris et aliarum ecclesiarum. —

Firmatum fuit quod nullus terrigena vel forensis major XIV annis audeat ludere ad ludum aliquem taxillorum, zonorum, pillotorum vel trocharum seu aliud ludum terrefoditurum vel bestias quascumque ponere aut pelles tendere in cimiterio ecclesie majoris Utinensis et aliarum ecclesiarum. Et qui contrafecerit cadat in penam X pro qualibet vice applicandam.

4. De jure non reddendo diebus festivis in civilibus causis.

Statutum fuit quod dominus Capitaneus seu alius rector in Utino diebus donnunis et festivis et solemnibus seu feriatis in libro constitutionum generalium (1) declaratis super causis civilibus ad jus reddendum pro tribunali sedere non debeat neque valeat et per cave[n]tiam sacrato[rum] et honorem sententias non latas et acta gesta et actitata contra formam et tenorem dicti statuti nullius sint efficacie vel valoris. De juribus tamen livellorum et impositionibus spangarum ac pignorationibus et de omnibus aliis dependentibus a juribus livellorum cognosci et diffiniri possit et ipsorum occasione sedere

(1) Solo nel 1366 ebbe il Friuli il suo codice di leggi e procedura civile e criminale ad opera del Parlamento. Marquardo di Randeck Patriarca d'Aquileja ~~[illegible]~~ approvato tre patiche, lo promulgava il 26 aprile col titolo di Constitutiones Patriae Foriiulii. Ebbe vigore sino alla caduta del dominio patriarcale nel 1420. Riformato dal Parlamento sotto il governo veneto nel 1429, ebbe successive modificazioni nel 1565 e 1673. In quest'ultima occasione ~~tale statuto era~~ fu anche tradotto in italiano. Dal 1484 in poi se ne contano più edizioni latine e volgari.

debeat dominus Capitaneus ad jus reddendum per totam ecclesiam ante festum nativitatis et resurrexionis domini. Decani vero Utinenses et infra fossata post prandium diebus feriatis et non feriatis sedere valeant ad jus reddendum in decanijs suis: ante prandium vero minime. Et hoc possit solvere a XX soldis infra (2)

(2) Nel cod. A 17 questa rubrica sta così:

De terminis non tenendis ante tercias die lune et die veneris.

Statutum et ordinatum fuit per D. Capitaneum et Consilium Terre Utini quod de cetero non teneantur aliqui termini nec fiant die Lune et die Veneris ante Tercias per D. Capitaneum ~~et~~ vel ejus Vicesgerentem in Terra Utini; si aliqua sententia coram dicto D. Capitaneo ~~et~~ vel ejus Vicesgerenti ferretur ~~et~~ vel lata fuerit in contumacia alicujus nullius penitus sit valoris. Et hoc ~~ita~~ imo firmatum fuit ~~quod~~ quia ipsis diebus continuo fit Consilium ante Tercias, in quo quidem Consilio necessario appartet quod ipse D. Capitaneus intersit, ac etiam alii Consiliarii qui propter hoc non modicum dampnum sustinere possent.

(A 10 t.)

~~1344, 7 Dec. A 10 t~~

5. De principio ordinis judi-
cialis.

Ut prolixitas litium va-
leat evitari et brevior sti-
lus judicii de cetero habea-
tur a Statutis fuit quod cam-
pana minoris ecclesie ma-
joris castri Ulmi ad seden-
dum in judicio et jus tenen-
dum pulsari debeat cum
fune statim post elevatio-
nem corporis domini in ec-
clesia memorata. Et durat
pulsando diligenter usque
quo presbiter celebrans ibi-
dem spoliatus recesserit ab
altare. Ipsa quoque pulsa-
tione facta supersedeatur
per condecens intervallum
juxta discretam provisio-
nem pulsantis. Elapso au-
tem dicto intervallo pulse-
tur secundo ~~dato~~ congrue faciendo

in fine aliquos clangores
subcincte ut hujusmodi pul
satio campane juridice no
scatur fore secunda ~~[illegible]~~. Quod si
non celebraretur missa ea ho
ra ut est dictum, tunc pul
~~[illegible]~~ pulsandi ad predicta
fidelitati et prudentie pul
santis relinquatur. Pulsa
tori autem deputando ad
predicta per tempora sala
rium conveniendum per
dominium et commune pro
rata modis omnibus persol
vatur. ——

A.

(1351 A 12).
(~~1351~~) ~~A 12~~

6. De personis se presentandis ad judicium in pulsationibus campanarum et quomodo procedi debeant inter litigantes. ———

Ne aliquando in causis fraudulenter agentes valeant ~~[illegible]~~ gratulari (1) Ordinatum fuit quod in comparitionibus terminorum si actor non comparuerit in prima vel secunda pulsatione campanarum pulsantium pro terminis audiendis juridicis aut interim solvere teneatur ne absque sententia faciendo fidem de termino denarios quatuor aquilejenses dummodo reus presentaverit in prima vel secunda pulsatione ~~oct~~ campanarum vel interim. Et nisi persolvand-

(1) ~~H.~~ per dolum, ordinatum fuit per sapientem virum D. Johannem de Monticulis capitaneum et consilium Terre Utin quod etc. A 12

tur dicti quatuor denari
per dictum actorem reo
reus actori reddere nulla-
tenus teneatur etiam si
reus fidem non fecerit
tunc de termino dummodo
de terminus non fuerit
assignatus. Si vero reus
citatus non comparuerit
et se non presentaverit
in prima vel secunda pul-
satione campanarum pre-
dictis aut ~~in terminum~~ interim
tunc actor post predictas
pulsationes statim contra
ipsum reum tanquam con-
tra contumacem procedere
possit ad sententiam pro-
ferendam ejus presentatione
non obstante predicto ter-
mino post dictas pulsatio-
nes campanarum.
Salvo si reus in termino sententie
diffinitive comparuerit an-
te horam terciarum ecclesie
sancti Petri ~~[illegible]~~ martiris (1), tunc au-
diatur ejus defensio. Si vero
non comparuerit ante predic-
tam horam terciarum senten-

(1) Convento de Dominicani.

tia lata contra reum execu-
tionis mandetur. De quorum
presentatione credatur domi-
no capitaneo vel uni soli fide-
digno sacramento. Primus
autem qui se presentaverit
primo audiatur et expediatur,
secundo secundus et sic de
singulis gradatim secun-
dum ordinem presentationis
facte donec fuerint omnes
expediti.

(A 11.)

7 De personis debentibus interesse in judicio ad sententiandum.

Cum in majoribus et etate virili profectis sensus discretio providentia interesse et conscientia omnino cognoscantur. Statutum fuit quod in terminis tenendis per dominium Utinense convocari debeant boni homines (1):

A 11

(1) Il codice A 11 continua:
De numero sexaginta electorum at hoc aliis ex deliberatione consilii et requiri per D. Capitaneum vel ejus vicesgerentem et ultra requiri possint alie idonee persone ad predicta et absque requisitione in jus supra accedentes in judicio eta-dis prenominate nihilominus valeant judicare. Quibus autem terminis tenendis ora ut prefertur juridica sub pena sacramenti duo saltem

juratorum omni exceptione separ=
te debeant interesse

8 De non audentibus senten-
tiare nisi habeat XXV annos.

Item statutum fuit quod nullus minor XXV annis co-ram domino Capitaneo seu ejus vicegerente in judicio au-deat sententiare sub pena decem soldorum domino applicandorum: Et nihilomi-nus sententia sit nulla.

9. De ordine habendo in ju
dicio et cedulis fiendis. –

Item statutum fuit quod
super mandatis fiendis fiant
cedule et in ipsis ponatur
petitio dummodo ascendat
dicta petitio ultra mediam
marcham denariorum. In
reliquis vero quoi utentur
ad procedendum et quod
sufficiat processus cause
in ipsa cedula scribenda
per cancellarios Communis
Utini qui pro tempore
fuerit. Qui cancellarii
singulam cedulam facere
teneantur pro soldis duobus
scribendo tamen declarationem
presentationis ipsius ce-
dule.

10. De terminis statuendis in judicio.

Item statutum fuit quod dominus Capitaneus vel ejus vicegerens in diem termini habendi inter partes et hora termini possit partibus terminum statuere et assignare et quod ista talis statutio valeat prout si per precones et eandem dictus terminus fore statutus. Pro cujus termini mandato dicti cancellarii habere debeant solidos duos. Qui debeant pro eodem pracio legere dictum terminum si inter partes fuerit litigatum.

11. De dominabus expediendis in judicio.

Item Statutum fuit quod in terminis tenendis domine si presentes fuerint primo singulariter expediantur ipsarum ibidem permanentium in honestate considerata non obstante etiam si aliqui ante ipsas in cedula in qua scribantur litigantes fuerint descripti. —

~~13 11/11 4 Dec. A 11.~~
(A 11)

~~A. 11 idem~~

12 Quod exprimatur actio intentanda in primo termino.

Item statutum fuit cum persona citanda ad petitionem alicujus citari debent pro primo termino cum declaratione actionis per actorem intentande. In aliis vero post primum sequentibus terminis citari debeat citandus solum ad procedendum in causa nulla declaratione sibi facienda super quo vel ad quid venit citandus predictus. (1)

(1) Nel cod. A 11 ~~A [illegible]~~ questa disposizione è introdotta nel modo seguente:
Preterea ne generalis intentacio accionum sub involucro citandos valeat implicare stabilitum fuit etc.

(A 11.) ~~A 11~~

~~A. 11~~

13. De frivolis et validis exceptio-
nibus cognoscendis.

Ut parcium requisitiis et plu-
rimum advocatorum astuciis
paretur obstaculum frivolas
interponere maluerint, visum
fuit quod si aliqua alterca-
tio vel exceptio inter partes
vel earum advocatos iudicia-
liter fuerit alegata, statim
ad proposita astantes(1) qui
fuerint habeant cognoscere
utrum exceptio vel alterca-
tio sive alegatio fuerit valida
fuerit vel inanis. Qua co-
gnita et consulta dominio
dominus Capitaneus pro-
nunciare habeant validam
sententiam vel nullam
ut ad ulteriora esse cicius
procedatur.

(1) Agg. A 11: ad proposita
(~~1) Cod. A posita~~ iurati et astantes qui
fuerunt vel solum astantes etc.: aut nuncii
predictorum etc. cognoscere habeant utrum etc.

~~1344, 622 A 11t~~

(A 11t)

~~A bri. cd~~

14. De habenda vel non habenda
copia scripturarum.
Quoniam alunde in aliqua
causarum maxime instrumen-
ta plura et scripturae ad ju-
dicium producuntur, ejus
contra quem producuntur
parte vel toto in termino
productionis ipsorum ju-
ris electio et adoptio sit
copiandi. Quod si particu-
lariter copia accepta fue-
rit per aliquam partium,
ex quo totalis copia decre-
ta fuerit productorum,
copiaris ulterius ad copian-
dum minime super aliis
admittatur. —

15 ~~De [illegible]~~ De mandatis fiendis sine cedula.

Item statutum fuit quod precones possint mandare sine cedula dummodo questio principalis non ascendat ultra summam medie marche denariorum. —

16 De induciis non dandis ad informandum. — —

Item statutum fuit et ordinatum quod si aliquis procuratorem suum constituit absentem vel presentem quod eidem procuratori vel substituto ab ipso non debeant dari aliqua inducia ad se informandum nisi ille talis constituens extra terram esset vel infirmus. Et si aliquis predictorum esset quod dari debeant eidem semel dicta [redacted] inducia in tota causa et non ultra. ———

17. De judiciis advocati.

Item statutum fuit quod si aliquis constituerit duos vel plures procuratores qui etiam alios substituerint quod eisdem substitutis vel alteri ipsorum petentibus judicibus ad se informandum unum dictis procuratoribus vel domino litis dari vel assignari nullatenus debeant neque possit.

18 De terminis rationabilibus non dandis in quinquennio infra.

Item statutum et ordinatum fuit quod si aliquis petierit inducias ad habendum suum advocatum vel alium informandum, quod eidem dari debeant solum tres induciæ in tota causa et non plures etiam si ipsa causa esset quovis tempore duratura. —

Item statutum fuit et ordinatum quod de qualibet causa actor non debeat dicere reo suo terminis rationabilibus videlicet ultra octo dies pro quolibet termino dummodo petitio sua sit in quinquennio vel abinde infra. Quod si stare vellet

sacramento illius vel alte-
rum ex ipsibus petitum fue-
rit etiam si elapsum fue-
rit quinquennium non de-
beat ei dicere unum terminis
rationabilibus sed teneatur
facere sacramentum. Quod sa-
cramentum si facere recusa-
verit habeatur illico pro con-
fesso, et si tunc jurare
vellet, quod dilationem
aliquam ad faciendum sa-
cramentum petere non pos-
sit. Verum si jurare vellet
quod non peteret dilatio-
nes pro subterfugio solum
trium dierum habere debeat
dictam dilationem et non
ultra salvo quod si pre-
scriptio quindecim anno-
rum elapsa esset, tunc
nullum teneatur facere
sacramentum. ———

19. De dicentibus rusticitates in judicio vel extra.

Firmatum fuit quod quicunque dixerit rusticitates aliquas injuriosas alicui persone in judicio cadat in penam viginti solidorum. Si vero illas alibi dixerit quam in judicio cadat in penam decem solidorum; cujus banni medietas sit Capitanei, alia communis. Si vero aliquis dixerit rusticitates ibidem incontinenti et ille qui primo dixerit rusticitates probare non posset illas rusticitates ita esse ut dixerat sibi cadat in penam ut dictum est. Ille qui secundo ~~vero~~ dixit rusticitates non cadat in penam predictam.

~~[illegible]~~ A 1c.

~~A 3 12~~

20. De officio cancellariorum apud
iudicium et ritum spangarum.
Quia terra utisiensis
superni opificis gratiam
pocientis populari copiam
susceperit et speratur ube
riora suscipere incrementa
dummodo consuetudinibus
dubiis abdicatis medelle
opportunum remedium ap
ponatur. Idcirco dignum est
et consentaneum rationi ut
civilibus moribus per ipsius
incolas reformentur quibus
vetuste et populose civita
tes Italie generaliter qua
dammodo perfruuntur.
Cum semper humane vite
alie nominis debent mo
ralitas ab exemplo, ad quo
rumcumque ita litigantium
utilitatem, expeditionem,
cautelam pariter et pro-

fectum nec non ad salu-
tem animarum omnium
terrigenarum et maxime
nunciorum quorum con-
scientia in faciendis rela-
tionibus propter occupa-
tionem multiplicium
agendorum et diuturni-
tatem temporis de facili
ledi potest. Cum non sit
verisimile humanum in-
tellectum omnia memorie
commendare in hac salu-
bri provisione firmatum
fuit, statutum et robora-
tum quod duo, tres vel
quatuor eligantur vel
quot placuerit consilio
notarii terrigene et non
forenses eligendi exami-
nandique per aliquos ar-
tis discretos sic ad ipsum
officium merito aspi-
rare qui assistere pos-
sint et debeant domino
capitaneo vel ejus locum
tenenti pro tempore sin-
gulis diebus juridicis aut
unius saltem ipsorum ne

propter ipsorum absentiam vel neglectum litigantes aut lites subire volentes ullum sentiant detrimentum.
Quorum officium erit tale per tempora quibus fuerunt constituti. Primo quod omnes commissiones preceptorum fiende per dominum preconibus quibuscumque et ad petitionem quarumcumque personarum in causis civilibus et criminalibus ne prevaricatio excogitari valeat vel committi mandato domini prelibati, in quaternis decentibus et nominatim ad ipsum officium deputandis et conservandis per ipsos vel eorum aliquem diebus singulis conscribantur ac comissiones predictas si fuerint requisite preconibus in scriptis dare sive cedula teneantur, et expleto mandato relationem preconum recipere et subscribere commissioni superius nominate etiam

absente Capitaneo aucto-
ritate (1) dominii mediante
te nullo spatio praeter
punctum relicto in me-
dio secundum morem
ipsius notarii. In prin-
cipio ipsorum officii pro
parte domini demonstran-
dum a quacumque perso-
na que sumarium acce-
perit tam pro commis-
sione quam pro relatione
scribendis pro ipsorum sa-(2)
lario soldos duos (2) dum-
taxat ab uno solo liti-
gante singulariter recepturi
Et cum fuerint per ali-
quam partium requisi-
ti teneantur dictas co-
missionem et relationem
ostendere & ius legere in
judicio (3) sine aliqua solu-
tione preter ut supra ad
bene placitum litigantis.
In prorogationibus termino-
rum vero ~~preciu~~ precium (4) minus sol-
di dimitted ~~preciu~~ persol-
vatur. In aliis autem scrip-
turis actorum dominium

(1) ~~Aug. A.~~ A. 2 auctoritate Domini Patriarche mediante etc. –

(1) ~~Agg. A. Att Domini Pa-
triarche~~

(2) Ibid. (parvulos VII veronenses duntaxat.
~~Ibid. etc parvulos VII veronenses~~

(3) ~~Ibid. recipiendo pro labore ...~~
(3) Ibid. iudicio ~~recipiendo pro~~ labore suo parvulos VII et non ultra
preter etc. –

(4) Ibid. similiter persolvatur.
In aliis etc.

cum prudentibus tabernale habeat facultatem. Item quod a mari si in media terra usque dominium non recesserit a loco judicii. Et illud post prandium bona tamen fide mediante donec similiter dominium non de-sierit in judicio permanere. Et si non omnes saltem u-nus ipsorum notariorum re-sidentium apud locum judicii vel communis stare teneatur. Quod si in premissis reperti fuerint modo aliquo negli-gentes pro qualibet vice exces-sus eorum singuli denarios duos persolvere compellan-tur dominio si eos duxerit exigendos. Reliqua autem videlicet depositiones testium ~~[illegible]~~ quos extra judicium deponere contingerint etiam si litem tangerent que in judicio verteretur, rela-tiones pignorum vel aliarum rerum et bonorum quorum-cunque venditiones, donatio-nes, translationes, permu-

lationes in solutum datio-
nes, cauciones, locationes,
fines remissiones, cessio-
nes, translationes, tutelas,
curas etiam si in judicio
fierent conspirationes,
compromissa, attestatio-
nes et alia acta non perti-
nentia ad processum ~~pro~~
causarum preter copias
inferiorum producendo-
rum in judicio seu opinio-
nes eorum et treuguas fien-
das in judicio quilibet a-
lius notarius conscribere
si rogatus fuerit libere va-
leat in judicio prefato Uti-
ni non obstantibus supra
dictis. Quibus vero nota-
riis aut alteri eorum e-
tiam domino Capitaneo
non sedente ad judicium
tale per tempora depu-
tandis preceptis de com-
missionibus eis per domi-
nium et mandatis per ci-
tis faciendis relationem
facere temeantur ~~...~~
ea die die si comode pote-

runt, vel saltem in crastinum, videlicet sis eas fecerint in terra Utini. Si vero alibi extra terram Utinensem mandata fecerint, infra ~~[illegible]~~ tertiam diem referre teneantur nisi ipsorum sacramento fuerint impedimento legittimo prepediti. Si vero in fraudem reperti fuerint, cadant in qualibet vice in penam XL denariorum aquilejensium, quorum medietas domino Capitaneo, alia vero communis camere ~~[illegible]~~ veniat applicanda (1)

(1) in cod A 1 questa rubrica che ha tutti i caratteri per credersi redatta nei primi anni del secolo XIV, si aggiunge per intero:

De Notariis ~~communis~~ superioris cancellarie et eorum sellario.

Quoniam auctore Domino Terra Utini continue prosperis magnificatur successibus et agendi de die in diem eminentiora incumbunt expedit ut super defectibus provideatur salubriter et mature:

Idcircho congregato Arringo Utini in Ecclesia S. Odorlici de Utino ad sonum campane, et cognito quod Notariatus officium in dicto Communi non poterat sufficienter per unum Notarium exerceri, per omnes et singulos in dicto Arringo existentes firmatum fuit et stabilitum ad laudem Omnipotentis Dei et Virginis gloriose quod de cetero duo Notarii scilicet unus Doctor et sciens in arte, alter vero juvenis seu inferior scientia annuatim eligantur ita quod in sufficientibus pluralitas sufficientium accrescere mereatur, et dicta Terra Utini necessariis ~~[illegible]~~

h... ribus augmentetur, qui vel alter ipsorum saltem rationes Communis, reformationes et [illegible] opportuna pro usu Communi fideliter scribere teneatur et eorum sit sallarium de [illegible] libris [illegible] parvulorum de [illegible] constitutum.

A. 3.

~~A. 3~~ ~~A. 5 . d~~

21 De quaternis quadiarum co-
munis quibus cancellarij scribe-
re debent quadias comunis.

Item cum conscium sit, ut qui honoribus preveniunt et comodis, oneribus non gravantur, statutum fuit quod dicti notarij apud se habere debeant unum quaternum eis per procuratores domini Comunis vel camerarium[1] assignandum, in quo conscribere debeant omnes et singulas quadias ad comune pertinentes, producendas de die in diem, et scriptas singulis octo diebus aut antea si fuerint requisiti predictis camerario seu procuratoribus consignare[1].

1) Cod. Zoppi: per procuratores Comunis vel Camerarium.

1) Nel Cod. A.C.31 il testo della rubrica continua: „et quod predicti cancellarij teneantur et debeant, elapso officio dare, exhibere et consignare eorum quaternos alijs officialibus subsequentibus sub eadem pena persolvenda secundum prefati ordinamenti tenorem.

~~A5.~~ ~~A2~~

12 De cancellariis non admittendis ad officium ~~advoca~~ advoca-tionis.

~~A. 6 (2)~~

Firmatum et ordinatum fuit (q ~~quod~~ nullus cancellariorum predictorum proxime, qui erunt per tempora, durante eorum officio audeat nec presumat ~~advo~~ advocare pro alio nec procurationis officium inde assumere ad iuris actionem aliquibus contra aliquem (i) contrafaciens et contraveniens cadat in penam medie marche denariorum pro qualibet vice. Medietas cadat dominio Capitanei et reliqua communi (1). ——

(ad (A1) ?)

~~(1) Cod. A3 ... quod predicti cancellarii teneantur et debeant ... eorum officio ... exhibere et assignare eorum quaternos aliis officialibus successoribus sub eadem pena persolvenda secundum presentis ordinamenti tenorem.~~

~~1344, 9 Dec~~ ~~A 44~~

~~A 44~~

23 De danda uel non danda
fide preconibus in remis-
sionibus debitorum

Ad occursum preconum lasciuie ymo
~~lasciuie ymo~~ potius ignoran-
cie ~~cecitati~~, Statutum fuit et — cecitati,
stabilitum, quod nemini pre-
conum Utinensium super confes-
sionibus eis fiendis per ali-
quos debitores ad petitio-
nem quorumcumque credi-
torum credatur. Ultra me-
diam marcham denariorum
Aquilegiensis monete. et hoc
de debitis pecuniariis dum-
taxat intelligatur ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ esse statutum, pro
quibus quisquam ~~[illegible]~~ continge-
rit pignorari uel ad ~~[illegible]~~ iudicium
euocari.

24. De preconibus et eorum salario.

Item firmatum fuit, quod precones de Atino, qui exercentes officium suum iverint extra Atinum pro aliquo vicino de Atino, habeant pro labore seu mercede sua pro quolibet milliari[1] unum solidum cum dimidio et plus vel minus pro rata. Si vero in Atino pignera vendiderint alicuius vicini, habeant de qualibet marcha[2] et plus vel minus pro rata. Si vero terminos pro vicino in mercato vel burgis ordinaverint, unum soldum habeant.

2). Cod Joppi: de qualibet marcha denarios habeant secundum sententiam astantium, a forense vero denarios quatuor pro marca et plus vel minus pro rata.

(1) Cod. A 3t. pro quolibet rasto denariis VI et plus vel minus etc.

Cod. A 3t. de qualibet marcha den.... (sic), a forense vero denarios IV pro marcha et plus vel minus pro rata. Si vero terminos pro vicino in mercato vel burgis ordinaverit, nihil habeat; si vero in villa septem veronenses pro termino. Pro forense vero in mercato et burgis veronenses septem, in villa vero denarium unum.

Cod. Jopp. de qualibet marcha secundum sententiam assistantium, a forense vero denarios quatuor pro marcha et plus etc.

~~A 4~~

(25) De preconibus super vendendis animalibus. —

Item ordinatum fuit quod nullus preco audeat vendere seu ~~deducere~~ deliverare bestiam aliquam, nisi (1) eam ~~incantare debeat~~ incantaverit in platea [illegible]ini et duxerit eam (sic!) in foro novo super rocta. Et si contrafactum fuerit, venditio sit ipso iure nulla. Et preco puniatur in viginti soldis domino applicandis.

~~A. 4t~~

(1) Cod. A 4t. nisi ter eam per ~~(1) Cod. A. pp 4 [illegible]~~ terram duxerit et semel per burgum inferiorem. ~~Cosi teneva questa rubrica?~~

[illegible]

[illegible]

[illegible]

~~f. XLII.~~

~~A. 1312~~

(26) Quod preciones portare debeant uestes cum signo uel armatura.

Item ordinatum fuit quod uestes, scilicet ~~[illegible]~~ tunica cum capuceo preconibus cum armatura communis Utini fieri debeant annuatim, ita et taliter quod quilibet preco teneatur portare vestitum suum per annum completum maxime suum[1] officium exercendo, nec ipsum vestitum a se modo aliquo distrahere uel alienare. (1) Quod si quis preco contra fecerit, soluere teneatur communi tantum quantum ualuerit ipsa uestis.

1) Cod. doppi: maxime

(1) I banditori o donzelli del Comune vestivano in quest'epoca e prima, tonaca e cappuccio di panno azzurro con su l'arma della città: uno staffine nero in campo bianco.

~~A 12~~ A 13.

27 De his qui non dimittunt de pignorari. ~~A. 5. 2. 10~~

ad obviandum ~~malitijs~~ hominum qui nituntur in opprobrio domini contra favorem iusticie pignora denegare preconibus seu impedire et impediri facere per familiam suam, ~~et~~ dicta pignora non tradantur seu quod preco illa non possit accipere, expellentes ipsos a domo cum contumelijs et ~~quidem~~ quandocumque quandoque percutientes eosdem, ~~Statu~~tum et ordinatum[1] quod quicunque preco missus fuerit per Capitaneum terre Utini seu per quendam qui alium locum eius ~~eius~~ tenentem, ad pignorandum aliquem dicte terre vel pertinentiarum eiusdem ~~eiusdem~~ ad do

[1] Cod. Joppii: Ordinatum fuit, quod

nuum uel ad quecumque
alium locum situm in dicta
terra Litini cum laudo et
sententia ~~[illegible]~~, nullus maior do-
mus uel paterfamilias au-
deat uel presumat prohibere
autrevellare pignus predic-
tum per se uel per familia-
res suos mares uel feminas,
ymo statim teneatur eidem
preconi per se et familiares
de domo pignus consignare
aut non impedire preconem
predictum ~~[illegible]~~ in tollendo huius-
modi pignus. Item quod
nullus familiaris maris
uel femina uel uxor alte-
rius audeat uel presumat
contra predicta facere, et hoc
sub pena XL denariorum,
si maior domus fuerit. Si
uero fuerit familiaris maris
uel femina aut uxor alte-
rius, cadat in penam XX dena-
riorum. Que pena 1) totiens exi-
gi possint et debeant, quotiens
contra presens ordinamentum
factum fuerit. Cuius pene
XX denariorum medietas sit

1) Cod. doppi i pene.

domini Capitanei et alia co-
munis. Et ex nunc unus
quisque paterfamilias sta-
tim infra tres dies ~~amovere~~ ammonere amouere (sic!)[3]
debeat familiam suam tam
de domo quam extra, quod
nullum impedimentum pre-
stent preconi predicto; hoc
salvo quod si maior de do-
mo loco pigneris ad presen-
tiam ipsius domini Capita-
nei cum ipso precone venire
voluerit ad ~~faciendum~~ sciendum de
causa pignorationis huiusmo-
di, tunc possit venire et ni-
chilominus preco possit uti
officio suo in pignoratione
predicta, nisi per ipsum do-
minum Capitaneum et ad-
stantes aliud fuerit ordina-
tum (1) ——————

Cod. A. 13 ~~pg.~~ continua: Et preceps ordi-
namentum intelligatur contra personas terre
Utini non habentes bona extra terram Utini
super quibus pignorari possit, quia volue-
runt quod contra habentes bona extra
terram Utini fieri debeat iuxta antiquam
consuetudinem.

3) Cod. Joppi: amonere

28 De preconibus non pignoran-
tibus ad instantiam officialium
communis.

Item ordinatum fuit, quod siquis
preco negligens fuerit aut
malitiose cessaverit et de
stiterit in pignorando perso-
nas sibi commissas deputa-
tas et designatas ad instan
tiam Camerarij, Iuratorum
aut procuratorum atque da
ciariorum communis et cui
iuslibet alterius persone, pro
qualibet vice penam X soldo
rum incurrat, domino Capi
taneo et communi pro rata
applicanda, reliquis statu
tis preconum in dictis (sua) manen
tibus firmitate.

A. 15 . 2.

instantiam

~~32~~

29. De danda solutione mostre
vel pignorum preconibus in
fra terciam diem.

Statutum et ordinatum fuit,
quod quicumque vicinus terre
~~U~~tini consignabit alicui preco
ni aliquod pignus seu mostram
blade, vini seu alterius rei, infra
terciam, (1) ~~diem facta venditione~~ ~~vendiderit post X dies~~ videlicet post X dies
prestitutos ad vendendum, si ~~est~~
stabile, et quinque si mobile,
~~ut in statuto (sic)~~ [A. S. Stat. 39 u. a.] diem,
facta venditione pignoris seu
mostre emptori dare et com
plere teneatur. Et simili mo
do emptor qui emerit aliquod
pignus, infra terciam diem
pecuniam solvere teneatur.
Et quicumque infra terciam
diem non compleverit vel ob
servaverit predicta, Dominus
Capitaneus ipsis mandari
faciat, quod sub pena unius

~~A. th.~~

(1) cod. Joppi (e Cod. A. C. 4) intra terciam diem, facta venditione pignoris seu mostre etc.)

~~(1) (cod. A C. 4 infra terciam diem fa cta venditione pignoris sive mo stre emptori, dare et complere teneatur et similiter~~ modo etc. ~~Così pure nel cod. Joppi.~~
~~il Joppi: infra terciam diem facta venditione pignoris~~

marche denariorum vadat
super domum conscilij et
inde non recedat, nisi per-
solverit quod debebit. Et si
recederet, capi debeat per do-
minum Capitaneum et in
carceribus detineri, donec
predicta non observaverit
~~observaverit~~
Si per vendi[t]orem fuerit
requisitus. Cujus pene
XL denariorum medietas sit
domini Capitanei et resi-
duum communis.[2]

2) 1390, 24 ianuarii. [In Consilio Terre Utini] Supra propositis per quamplures consiliarios proponentes et declarantes qualiter multi erant qui emebant ad incantum de bonisque vendebantur ad incantum ad instanciam debitorum contra quos ipsa bona vendebantur et qui non habebant unde solvere precium pro quo emebant ipsa bona propter quod magnum damnum consequebantur creditores ad quorum instanciam ipsa bona vendebantur ad incantum, rogantes consilium ut super hoc providere deberet.- deliberatum statutum et ordinatum fuit ad hoc ut deceptiones, fraudes et malicie de cetero in talibus non committantur, quod ammodo in antea unusquisque qui emerit aliqua bona ad incantum, si mobilia elapsis quinque diebus, si stabilia elapsis decem diebus et datis manutentoribus teneatur et debeat dedisse et solvisse precium pro quo emerit dicta bona creditori ad cuius instanciam dicta bona sunt vendita infra terciam diem post supradictos terminos datis tamen manutentoribus ut dictum est. Quod si dictus emptor non fecerit et adimpleverit, personaliter detineri valeat

30. De compellendis preconibus ad predicta.

Item statutum fuit et ordinatum, quod quicunque preco Utinensis cui monstra fuerit designata vel pignus et ipse fraudulenter vel maliciose pignus non acceperit propter blandicias debitoris sive alio modo, capi debeat et in carceribus detineri secundum per eum commissam.[1]

1) Cod. Joppi secundum fraudem per eum comitem.

31 De iure reddendo ex causa mercationum uel mercedis.

Statutum et ordinatum fuit, quod si aliquis in Utino alicui terrigene uel forensi teneri uel obligatum fore apparuerit per quecumque tempora ex causa mercationum uel mercedis aut laboris, ad querelam creditoris siue habere debentis, debitor huiusmodi, semel dumtaxat citatus per dominium pro primo termino, si comparuerit, respondere modis omnibus teneatur suo creditori breueque iudicium et summarium habeatur et obseruetur inter partes, ac si terminos rationabiles secundum antiquam consuetudinem habuissent.

A. 16

Quod ordinamentum ob=
servari debeat contra debi=
tores obligatos a quinquen=
niō infra, computando a die
debiti celebrati aut deben=
de mercedis. Si vero
non comparuerit, tunc
procedatur per senten=
tiam contra debitorem
eundem, prout esse[1] con=
suetum procedere con=
tra contumaces, termi=
nis rationabilibus assi=
gnatis. _

1) Cod. Joppi: est

32 Quod nullus vicinus audeat recipere curam vel iura et actionem a forense contra vicinum nec tenere partem in merceibus cum eo.

A. 14. de Ʒ...

Statutum et ordinatum fuit quod nullus vicinus Utini[1] audeat de cetero vel presumat in se constituere procuratorium vel ius et actionem ab aliquo forense contra aliquem vicinum vel vicinos dicte terre Utini, nec tenere partem in mercibus cum forense in preiudicium iuris communis et publice utilitatis, in pena et banno I librarum bannorum, que totiens exigi possint quotiens fuerit contrafactum; cuius pene tertia pars sit domini Capitanei (2) et alie communis Utini (3).

[1] Cod. Jopp. vicinus terre Utini

preiudicium

(2) Cod. A. et Gastaldionis etc.

~~(1)~~ (3) 32

1347, 2 nov. Supra eo quod dixit Lucetta de hiis qui habent familiares suos et faciunt eos accipere procuratoria contra vicinos, ordinatum fuit quod nullus manepastus sive familiaris alicuius vicini nullo modo possit assumere onus alicuius procuratorie a forense aliquo contra aliquem vicinum et qui contrafecerit cadat in penam in qua Dominus suus incurreret, ita tamen quod si dictus manepastus non esset solvendo, capiatur personaliter et tamdiu teneatur in carceribus quamdiu solverit dictam penam. Ann. ~~1~~ 54

~~Ann.~~ I, 54.

33

1357, 29 oct. Supra propositis per quamplures consiliarios proponentes quod ordinamentum Terre Utini editum contra vicinos dicte Terre Utini qui acceptant procuratoria forensium contra alios vicinos dicte Terre Utini deberet cassari aut refformari; deliberatum fuit quod refformari deberet et quod omnia contenta in eo debeant roboris firmitatem obtinere et execucioni mandare. Ann. 9, 282. —

1415, 4 iunii [In Cons. Terre Utini] Supra propositis per D. Iohannem de Cavalcantibus unum ex DD. Deputatis ad Regimen, contra multos qui se fecerunt vicinos et cives Terre nostre et tamen non stant nec habitant in Terra nostra prout debent facere et faciunt alii cives, nec faciunt eorum factiones neque custodias prout tenentur etc., determinatum fuit quod mittatur pro omnibus illis qui se cives fecerunt et non morantur in Terra nec faciunt eorum factiones et fiat eis mandatum quod faciant eorum debitum ac faciant seu fieri faciant custodias et solvant eorum coltas et imprestantias prout alii faciunt sub pena civilatis. Ann. 20, 100 t.

A. 18. 2.

33. Quod habeatur pro vicino exercens opera vicinatus.

Statutum et firmatum fuit, quod si inter aliquos questio insurgeret de vicinantia, sive quod quis foret vicinus an ne in terra Utini, ipse de quo foret questio habeatur pro vicino, si fecerit opera ea que spectant ad opus vicinantie, videlicet vuaytam et alia que spectant ad factionem communis, acceptante commune et non prohibente dictas factiones. Et si predictus, de quo esset questio, non reperiretur iurasse vicinantiam, et idem si quis steterit continuo spatio octo annorum. Et super hoc nullum interfugium vel appellatio concedatur contra illum

qui taliter diceret se esse vicinum (1)

(1) 3

1361, XXXI iulii. Deliberatum fuit quod nullus vicinus Terre Utini audeat ire ad stipendium nec ad standum extra Terram Utini sine voluntate DD. Capitanei et Consilii sub pena x librarum veron. parv. vel stare debeat extra Terram Utini pro uno anno a die facto sibi mandato. Ann. 3, 530

1 ~~Ann. III 530.~~

(3) 3

1404, IX dec. Super propositis per potentem militem D. Tristanum de Savorgnano exponentem contra et adversus illos qui se faciunt vicinos Terre nostre et permanent per villas, qualiter bonum et utile esset quod condemnarentur in penis pro quibus securitates fecerunt. Deliberatum fuit et commissum Ser Jeronimo prothocancellario ut recipiat in scriptis cunctos vicinos factos et tunc fiat eis mandatum pro parte Comunitatis ut infra spatium unius mensis veniant Utinum ad faciendum eorum debitum, aliter eis auferentur pene. Ann. 15, 329.

3) 1406, VIII martii. Deliberatum fuit quod Camerarius et Procuratores Comunis Utini requirant fideiussores vicinorum nostre Terre ut faciant infra mensem unum ... ad commorandum in terra nostra, aliter ... providebitur. Ibid. 16, 237.

II

1390, die III iulii in pleno Consilio Terre Utini super magna sala domus Comunis statutum et ordinatum fuit quod nullus de cetero renuntians vicinantiam debeat aliquo tempore reassumi seu reacceptari ad dictam vicinantiam et quod quilibet se interponens quovis modo vicinus ~~vel~~ habitator Terre Utini ad retractandum quod alios qui renuntiaverint reacceptentur, incurrat penam centum ducatorum. Ann. 10, 120

2 Ann. ~~...~~

3

1412, XX febr. Supra propositis per Jacobum de Cergneo consanguineum providi Cherubini, supplicantem Consilio ut dignetur illum in officium Cancellarie coram D. Capitaneo constituere et deputare cum intendat esse convicinum nostrum et in hac Terra vitam ducere: dictum fuit ~~...~~ quod primo se faciat vicinum nostrum, deinde Cancellarius eligetur iuxta propositionem factam. Ann. 18, 212.

4) ~~Ann. XVIII ...~~

1415, VII iunii. Supra propositis per D. Iohan-
nem de Cavalcantibus contra multos qui se
fecerunt vicinos et cives Terre nostre et
tamen non stant nec habitant in Terra
nostra prout debent facere et faciunt
alii cives, nec faciunt eorum factiones
neque custodias prout tenentur: deter-
minatum fuit quod mittatur pro omnibus
qui se cives fecerunt et non morantur
in Terra nec faciunt eorum factiones
et fiat eis mandatum quod faciant
eorum debitum ac faciant seu fieri faciant
custodias et solvant eorum coltas et inpre-
stantias prout alii faciunt sub pena civilitatis.
Am. 20, 100 t.

~~Am. xx 100 t.~~

34. De venditionibus pignorum ad incantum

Statutum et ordinatum fuit per dominum Capitaneum et Consilium terre Utinj, quod quicunque vicinus terre Utini aut forensis per se vel per alium modo quocunque emerit aliquod pignus stabile ad incantum in terra Utinj, quod pignus sit infra confines terre Utini vel extra confines terre Utini, si erit vicini terre Utini, illud pignus illi vel illis contra quem et quos venditum erit, infra decem dies a die venditionis numerandos pro pretio pro quo emerit, teneatur[1], et ius suum tantum cedere ipso[2] cui revenditio huiusmodi fiet, satisfaciente illi vel illis qui emit vel revenderit, expen

1) Cod. Joppi: redimere teneatur.
2) Cod. Joppi: ipsi

sus debitas factas pro pre-
dictis. Si uero pignus
mobile fuerit, cuiuscumque
conditionis sit, emens si-
militer illi uel illis, cuius
fuerit, infra ~~quintam~~ quintam
diem a die emptionis
facte ad incantum pro
eo pretio, pro quo emerit,
reuendere teneatur, dum
modo pignus huiusmo-
di sit uenditum con-
tra uicinum terre Utini,
et quod similiter ille uel
illi cui uel quibus ipsa
reuenditio fiet, ~~soluto~~ simi-
liter reuenditionem facien-
ti de legittimis expensis
factis in predictis satisfa-
cere teneantur. De rebus ue-
ro ciuis antiqua consuetu-
do obseruetur, uidelicet quod
emens, nisi uoluerit, reuen-
dere[3] minime teneatur.
Et quod ille uel illi qui uen-
di faciunt dicta pignera ad
incantum, nec etiam Capi-
taneus uel exactor pro comu-
ni Utini pro officijs eorum

3) Cod. Joppi: reuendere ea.

statuto facto de consignatione pignorum et de solutione fienda infra tres dies post emptionem factam, nisi elapsis terminis predictis, videlicet X dierum de pignoribus stabilibus et quinque de pignoribus mobilibus, minime uti valeant. Elapsis vero terminis predictis eo statuto uti possint, prout primo ipso statuto de solutione fienda et consignatione pignorum in suo robore permanente, presente novo statuto penitus non obstante (1).

(1) Vol. cod. c.te 16t. questa rubrica della quale si modifica un'anteriore ora perduta, è così formulata: De rebus que manualiter traduntur. Statutum et ordinatum fuit per D. Capitaneum et Consilium Terre Utini quod de rebus et bonis que venduntur per precones Terre Utini ad incantum videlicet de hiis que ibidem manualiter traduntur, immediate ibidem fiat solucio, de aliis vero rebus stabilibus et immobilibus que manualiter et principaliter ibidem non traduntur fiat solucio infra tres dies secundum formam alterius ordinamenti editi supra hiis et qui contrafecerit cadat in penam alterius ordinamenti editi supra venditionibus pignorum.

(1391, 15 giugno) [1]

35.) De conuictis per sententiam et obligantibus bona specialiter pro pignere, qui per contradictionem nituntur impedire ne uendantur ad incautum.

Quia quedam pestifera et damnosa in terra Utinj Aquilegensis dioceseos abusio inoleuit, quod quando sententialiter obtentum [2] uel aliquid conuentionaliter pro pignore specialiter obligatum, cuius uigore ad executionem ipsius sententie uel rei conuentionaliter pro pignere specialiter obligante [3] uenditionem proceditur: nituntur persone conuicte uel obligantes bona specialiter pro pignere, ipsis contradicere uenditionibus et alijs tot

1) La data di questa rubrica, come pur quella delle quattro seguenti è riportata nella rubr. 39, in fine.

De Conuictis

2) Cod. Joppi: est obtentum.

3) Cod. Joppi: obligate

~~(1) La data di questa rubrica e delle quattro seguenti, trovasi alla fine della rubr. 39.~~

ut plurimum ad perso-
nis convictis et res obligan-
tibus rogati contradictores
apparent et in (4) ipsis senten-
tiarum executionibus et
rerum obligatarum ven-
ditionibus contradicere,
nitentes, quod ipsarum
sententiarum executio-
nes ac dictarum rerum
obligatarum venditiones
adeo impediuntur et pro-
tellantur, quod finis ip-
sarum litibus non impo-
nitur, justitiaque dum
non sortitur effectum,
ex quo rixe et discordie
inter cives occurrunt, dam-
na intollerabilia consequun-
tur et expense in infini-
tum augentur, propter
quod ipsa terra Utinen-
sis non modicum pati-
tur detrimentum, Ideir-
co Nos Nicolussius de
Castillerio Capitaneus
pro reverendissimo in Chri-
sto patre et domino nostro
domino Johanne dei gra-

(4) Qui il codice porta in margine le parole: "Hic deficiunt quedam ordinamenta". Tale mancanza è supplita col codice "Joppi" nel quale si trova la fine di questa rubrica XXXV e le seguenti fino alla XL inclusive. Tali rubriche mancanti nel testo del codice qui publicato (del medesimo) sono però accennate nell'indice nale."

tia Sancte Sedis aquilegen-
sis Patriarcha dignis-
simo, Consilium et Commu-
ne terre Utini, ad lau-
dem et reverentiam dei
omnipotentes eiusque glo-
riose intemerate virginis
Marie matris dulcissime
et preconium Sancte Iu-
stitie ac dicti domini
Patriarche aquilegensis,
et ipsius terre Utini
Status laudabilis con-
servationem, volentes
nequissimis maliciis
ipsorum quoquo modo
contradicentium obviare,
ut iustitia finem li-
tibus imponendo suum
debitum sortiatur effec-
tum.

Constituimus et per hanc lau-
dabilem Sanctionem Statui-
mus et ordinamus, quod
si qua persona per sen-
tentiam convicta, contra
quam fit Sententie execu-
tio in bonis suis, vel Se-

qua persona que contra uni-
ualiter aliquam rem spe-
cialiter pro pignore obli-
gauerit, executioni dicte
sententie vel venditioni
dicte rei sic obligate
contradicere velit vel
retardari fecerit, audia-
tur et admittatur ad
contradicendum, dummo-
do ipse contradictor
prius prestet Sacramen-
tum, quod non contradi-
cit per maliciam, et pre-
stet fideiussorem ydoneum
de soluendo quinquagin-
ta libras veronensium
paruorum et expensas in
casu in quo succubue-
rit in causa contradi-
tionis: quod si fideius-
sorem prestare non pos-
sit idem contradictor
uel nolet, obliget sua
bona et se personaliter
pro dicta pena soluenda
et expensis, in casu quo
succubuerit in causa con-
tradictionis: itaquod ipsis

bonis deficientibus, ad instantiam domini, coram quo causa predicta ventillatur, et persone obtinentis, cui fit contradictio, tam pro pena predicta quam pro expensis, personaliter capiatur dictus contradictor sic ut promittitur obligatus per dominum predictum, et carceribus mancipetur, ibi ipsis mansurus donec ipsi domino et parti obtinenti, cui fuerit contraditum, de ipsis pena et expensis fuerit integre satisfactum vel cum eis concordatum. Ita tamen quod sua contradictione non obstante procedatur ad venditionem dictorum bonorum. Qua venditione facta, statim ille contra quem bona venduntur, possessione dictorum bonorum privetur et illi cui facta fuerit venditio ad incantum apsolucioni, teneaturque ipse contradictor partem cui

contradixit citari faciat in
fra tertium diem, inclusa
die impetrate cedule, nisi
successive fuerint omnes
dicti tres dies feriati, vel
major pars ipsorum, quo
casu ad primum diem
juridicum tunc proxime
sequentem citari faciat:
et infra decem dies perempto
rie connumerandos et li
mitandos a die qua idem
sic est contradictio facta,
sententiam per ipsum
bene obtentam, vel obli
gationem sic conventiona
liter pignerate factam
produxerit omnia sua
jura produxisse et quid
quid voluerit probasse (sic!)
Quod si in dicto ter
mino non comparuerit
vel si infra dictum
terminum decem die
rum dictis contradictor
non bene probaverit sic
causa contradictionis pre
dicte, puniatur ipse con
tradictor sic prenominata

pena et expensis per domi-
nium predictum taxandis.
Cujus pene tertia pars
applicetur dominio coram
quo questio fuerit ventilla-
ta, residuum vero dicte
pene parti cui fuerit con-
tradictum cedat, et ulte-
rius non audiatur contra-
dictor. Et nichilominus
venditio facta firma re-
maneat et rata iudice-
tur, nec ab aliqua sen-
tentia in dicta contradic-
tionis causa lata appel-
lare possit dictus contra-
dictor. Si vero dictus con-
tradictor obtinuerit in
dicta causa contradictio-
nis, tunc revocetur dicta
venditio ad incantum
facta cum dampnis et
expensis, nec teneatur
emptor dictorum bono-
rum ad incantum vendi-
torum precium solvere,
nisi primo dicta contra-
dictionis causa fuerit
finita et determinata;

et predicta locum sibi
vendicent tam in pre-
sentibus annis quam
in futuris.

36 (B 9 L 13 giugn.)

34 De contradicentibus ne bo-
na illorum contra quos
est sententialiter obtentum
vel qui specialiter pro
pignore obligaverunt,
vendantur ad incantum,
asserentibus ad se bo-
na illa in proprietate
vel possessione specta-
re, et manutentoribus
dandis.

Item statuimus, constituimus
et ordinamus quod si appa-
reat contradictor alius quam
ille, cujus bona ad incan-
tum, ut supra dictum est,
vendantur, asserens predicta
bona vel ipsorum aliquod
ad se in proprietate vel
possessione pacifica perti-
nere, vel ipsa bona specia-
liter pro pignore obligata
eidem fore, sive vendan-
tur ~~bolla~~ bona illa virtute sen-

testis bene obtente, sive virtute spetialis obligatio nis facte, teneantur et debeant dictus contradictor facere citari partem que facit vendere, infra terminum dierum ... incluso die cedule impetrate, nisi fuerint omnes dicti tres fratres successive vel maior pars ipsorum, quo casu ad primam diem iuridicam tunc proxime sequentem citari faciat in dicta cedula, exprimendo et clarificando dicta bona vel partem ipsorum ad se in proprietate vel pacifica possessione [illegible] spectare vel pertinere vel sibi specialiter pro pignore obligata esse; qua dicte cedule presentatione facta, statim sit suspensa conditio. Et adveniente dicto termino si non comparuerit, vel si compa-

uenerit et dictā declaratiō
in dictā cedula contra-
dictiōnis non fuerit
factā incidat in penam
XXV librarum cum expen-
sis factis illius taxandis:
cujus pene tertiā pars do-
minio eorum quo facta
est citatiō, reliquae par-
tes illi cui facta est
contradictio, cedant. Et
nichilominus tunc ipsa
contradictiōne non obstan-
te possit et valeat ille
cui contradicitur, uendi
facere dicta bona ad in-
cantum. Quod si idem
contradictor sit non compa-
rens, uel declaratiōnem in
dictā cedula non faciens
non fuerit soluendo, perso-
naliter detineatur et car-
ceribus mancipetur non
relaxandus, donec penam
predictam cum expensis
taxatis soluerit uel ali-
ter concors fuerit. Et si
alterius contradicere uo-
luerit talis contradictor

superius specificatis, nullatenus audiatur, nisi prius pro bena predicta cum expensis integraliter soluta. Et eo casu si non solverit, contra ipsum procedatur, ac si diffinitive contumax esset; quod si solverit, audiatur per modum quando compareret in termino ad contradicendum statuto ut supra proxime inferius describitur. Si vero in dicto termino comparuerit talis contradictor, non audiatur nisi prius in judicio prestet sacramentum, quod non facit per maliciam nec ad instantiam debitoris vel alterius persone, et prestet cautionem fidejussoriam, vel se obliget ad carceres intrandum personaliter de solvendo nomine pene libras XXV veronensium parvorum cum expensis per

sententiam ferendis, ideoque
quod in dicta contradictionis
causa succubuerit ut in-
ferius exprimetur. Quae poe-
na per modum inferius
specificatum cedat et di-
vidatur videlicet tertiam
partem dominium prae-
dictum habendo; reliquas
duas partes vero habeat
ille cui facta est contra-
dictio. Quo quidem prae-
stito sacramento et fide-
jussore dato seu obliga-
tione personali facta, au-
diatur talis contradictor.
Et si quidem manuten-
tores allegati fuerint per
partes vel aliquam ipsa-
rum partium qui sint
in patria, praestito primo
sacramento per dictum
manutentores allegantem,
quod non facit per mali-
tiam nec causa dilla-
tandi litem, statim li-
mitetur terminus XV die-
rum a die allegationis
facte connumerandorum,

et illo die non incluso,
ad procedendum, compel-
lendum et habendum dic-
tos suos manutentores, ut iu-
ditium in se suscipiant. Si
vero sint extra patriam,
tunc limitetur terminus
iuxta declarationem sen-
tentie astantium, habito
respectu ad distantiam lo-
ci. Quod si comparue-
rint manutentores et con-
troversia orta inter nomi-
nantem et nominatos ma-
nutentores, infra dictum
terminum XV dierum
non esset finita, idem
nominans in se iuditium
suscipiat pro dictis ma-
nutentoribus nominatis
et ipsorum periculo, si
in causa dicte manu-
tentionis ~~[illegible]~~ suc-
cubuerint dicti manuten-
tores, quo casu limita-
tur statim per domi-
num terminus XV die-
rum non computata ta-
men die qua fit dicta

limitatio, tam contradi-
cente quam illi cui fit
contradictio, ad probandum
et producendum quicquid
dicte partes probare volue-
rint in causa predicta.
Quo termino transacto,
in causa intelligatur es-
se conclusum, nisi evi-
dentissima causa appa-
reret per sententiam
approbanda. Quo casu
alter terminus octo die-
rum super addatur, quo
elapso, nullus terminus
ulterior assignetur, sed
in causa sit et intelli-
gatur conclusum ob o-
dium contradicentium,
et ut ipsi contradicentes
ab ipsorum nequiciis et
calumniatibus ac inter-
fugijs desistant. Et si
idem manutentor vel
manutentores iudicium
pro allegantibus eos su-
sciperent, tum eis proce-
datur quemadmodum proce-
ditur cum illis; pro qui-

bus judicium susceperunt, tam quo ad personam et expensas, quam quo ad principalem causam contradictionis, et nisi alios allegaverint manutentores, limitetur terminus XV dierum ad probandum per modum et formam et cum additione ut proxime superius est declaratum, quando contradictor in se suscepit judicium. Si autem dicti manutentores alios allegaverint manutentores, terminus aliorum XV dierum limitetur eisdem allegantibus vel alleganti ad producendum, habendum et compellendum ipsos suos manutentores, si sunt in patria, et si non sunt in patria, fiat ut supra dictum est, et sacramentum deferatur ac procedatur ut superius proxime scriptum est in habendo primos manutentores; et

similiter si aliquando alle-
garentur manutentores; hoc
adiecto, quod si contra
dictos vel alios manuten-
tores allegans apparent
ipsum allegantem in pro-
cessu cause manutentores
non habere, vel contra ip-
sos non obtinere, vel sub
silentio post dictam manu-
tentorum allegationem fac-
tam pertransire, cadat in
pena unius marche dena-
riorum in terminum duo-
rum dierum sibi allegan-
ti per dictum dominum
statuendum solvendum.
Quod si infra dictum ter-
minum non solverit, ulte-
rius non audiatur, et con-
tra ipsum in dicta causa,
ac si contumax esset, pro-
cedatur. Cujus pene tertia
pars domino et reliquae
due parti cui facta est
contradictio vel ipsius co-
munienenti cedant. Nec
hoc casu sufficiat simplex
confessio manutentoris

ad probandum esse ma
nutentorem, nisi probetur
bene manutentio vel sal
tem sacramento utriusque
partis videlicet allegati
manutentoris et allegan
tis manutentorem dicta
confessio roboretur. Si
vero prenominatus con
tradictor et ille cui fit
contradictio nullum alle
gare voluerint manuten
torem, sed in causa pro
cedere, limitetur tunc
similiter tam ipsi con
tradicenti quam ei cui
~~fit fat~~ fit contradictio
terminus XV dierum,
non computata die qua
fit dicta limitatio, ad
probandum quicquid
dicte partes probare
voluerint in ista causa
predicta; quo termino
transacto, intelligatur in
causa conclusum, nisi
evidens impedimentum
appareret per sententiam
approbandum, quo casu

alter terminus ~~[illegible]~~ octo
dierum super addatur,
quo elapso, nullus termi-
nus ulterior assignetur, sed
in causa sit et intelliga-
tur conclusum ob causam
et rationes superius decla-
ratas. Nam omnia jura
tam naturalia quam ~~[illegible]~~ civi-
lia et municipalia conan-
tur resistere contradicto-
ribus executionum, senten-
tiarum et conventionalium
pigneraticiarum obligatio-
num. Quibus conclusio-
nibus vel aliqua ipsa-
rum factis, fiat ibidem
jurium omnium produc-
torum comissio cum rela-
tione fienda, vel si astan-
tibus utilius videbitur, dif-
finiatur ibidem per sen-
tentiam astantium super
juribus pro parte produc-
tis. Et si quidem jura
ejus, cui facta est contra-
dictio, potiora vel vali-
diora sunt illis juribus
per contradictorem produc-

tis et probatis, iuxta de-
clarationem prime cedule
contradictionis de duo-
bus suum per dictum
contradictorem eligi
faciendum, per presens
ordinamentum, statu-
tum et constitucionem,
volumus et ordinamus,
videlicet quod aut dicta
bona vendi permittat
dictus contradictor ad
suum manutentorem
regressum habendo,
vel cum eo cui est fac-
ta contradictio concors
sit, et eidem integre
satisfaciat de eo, quod
per sententiam contra
illum cuius bona ven-
duntur obtinuit, vel
quod convencionaliter
obligatum est pro dictis
bonis specialiter ypothe-
catis ad suum manu-
tentorem similiter re-
gressum habendo;
et tamen cui facta est
contradictio hoc casu

^ pro pignore

iura sua contradictori
cedente. Et hoc casu in
pena superius specificata
XXV librarum veronensium
parvorum, non incidat
dictus contradictor, vel
iuditium pro ipso contra
dicente recipiens, sed so
lum in expensis legitti
mis condempnetur, cum
legitimam causam contra
dicendi habuerit, nisi
manutentor vel iuditium
suscipiens pro contradi
cente fuerit ille, contra
quem bona ad incantum
vendantur, quo casu
de penis superius speci
ficatis non sit absolu
tus, sed in expensas
et penam cadat et con
dempnetur, ut superius
est declaratum dictus
manutentor seu iuditium
pro contradicente susci
piens. Si autem iura
contradicentis potiora et
validiora sunt iuribus il
lius, cui facta est contra

dictio. Validentur ipsa
iura et quidquid iuris est,
eidem contradictori adiu-
dicetur. Si vero dictus
contradictor iuxta decla-
racionem cedule in for-
ma superius specificata
transmisse, videlicet su-
per proprietate vel pos-
sessione aut speciali pro-
pinquere obligatione ni-
chil probaverit, cadat
in expensis per senten-
tiam iuxta morem con-
suetum taxandis, et in
superius nominata pe-
na XXV librarum vero-
nensium parvorum cedea-
da et dividenda ut
superius extitit decla-
ratum. Et si contin-
gat prefatum contradic-
torem appellare et ap-
pellationem sibi ad-
missam fore vel se in
protectione ponere et
in ipsa appellationis
vel protectionis causa
succumbere, cadat in pe-

nam duplicatam applicandam et dividendam ut supra, nisi causam legitimam contradicendi habuerit, ut superius declaratum est. Quo casu ad expensas legitimas solum teneatur et non ad penam. Et predicta locum habeant non solum in futuris causis, verum etiam in causis pendentibus sed nondum finitis

[1396 13 giugno]

37. De dominabus seu mulieribus contradicentibus ne bona ad incantum vendantur, asserentibus illa fundum esse dotale vel specialiter pro pignore obligata esse pro dotibus et iuribus suis, et manutentoribus dandis. — —

Item statuimus, constituimus et ordinamus quod si qua domina vel mulier fuerit que contradicat vel contradici faciat, ne bona ad incantum vendantur, sive vendantur ad incantum virtute sententie iudiciarie sive virtute specialis obligationis de ipsis bonis facte, si quidem ipsa domina vel mulier asserat, dicta bona suum esse fundum dotale vel sibi specialiter et nomina-

tum pro dotibus et alijs suis iuribus pro pignore obligata esse, teneantur et debeant dicta mulier ci tari facere partem infra quartam diem, inclusa die cedule impetrate, ni si fuerint omnes dicti quatuor dies simul esse vel major pars ipsorum feriati; quo casu ad pri mam diem iuridicam tunc proxime sequentem citari faciat in dicta cedula, ex primendo et clarificando dicta bona suum esse fundum dotale, vel spe cialiter et nominatim pro dotibus et iuribus suis pro pignore obligata esse. Qua dicte cedule appre sentatione facta, statim sit suspensa conditio, et eo iam licitum sit ei dem cui contradicitur fa cere sequestrari et inven tarium fieri facere de omnibus bonis saltem mobilibus illius cuius

bona ad incantum venden-
tur per notarium et domi-
nium sententialiter depu-
tandos, iuxta sufficien-
tem personam per domi-
nium sententialiter eli-
gendam sequestrandis.
Si alia bona inobilia ad
debitum petitum suffi-
cientia non habuerit vel
possederit, idem huius bo-
na ad incantum venden-
tur sive vendebantur, ad-
veniente autem termino
predicto, si non compa-
ruerit domina vel mu-
lier sic contradicens,
vel si comparuerit et
dicta declaratio in dicta
cedula contradictionis
non fuerit facta, ca-
dat in penam unius
marche denariorum cum
expensis factis illius
taxandis, huius pene
tertia pars domino,
coram quo facta est
citatio, relique partes
cui facta est contradic-

tiō cedant Et nihilo-
minus tunc dicta con
tradictione non obstante
possit et valeat ille cui
contradicitur, vendi fa-
cere dicta bona ad in
cantum. Quod si dicta
domina vel mulier
sic non comparens vel
declarationem in dicta cedu-
la non faciens, non fue-
rit solvendo, personali-
ter detineatur et carce-
ribus mancipetur donec
ipsam penam et expen-
sas solverit non rela-
xanda. Et si ulterius
voluerit contradicere dic-
ta domina vel mulier,
nullatenus audiatur nisi
primo dicta pena cum
expensis integraliter so-
luta. Et si non solve-
rit, procedatur contra
ipsam dominam vel mu-
lierem, ac si contumax
diffinitive esset. Quod
si solverit, audiatur per
modum proxime infra

scriptum, quando comparet in termino ad contradicendum statuto. Si vero in dicto termino comparuerit talis domina vel mulier ea ratione, ut supra prefertur, contradicens, non audiatur nisi prius in juditio prestet sacramentum, quod non facit per maliciam nec ad instantiam debitoris vel alterius persone. Et prestet cautionem fideiussoriam vel se obliget personaliter ad carceres intrandum, de solvendo nomine pene libras veronensium parvorum XXV cum expensis per sententiam taxandis, in casu quo in dicta contradictionis causa succubuerit ut inferius exprimetur; que pena per modum proximo superius specificatum (sic) cedat et dividatur. Quo quidem sacramento prestito et fideiussore dato

seu obligatione personali
facta, audiatur talis do-
mina vel mulier contra-
dicens. Et si quidem
manutentores qui sunt
in patria allegati fue-
rint per partes vel
aliquam ipsarum par-
tium, prestito primo
sacramento per dic-
tum allegantem manu-
tentores, quod non fa-
cit per maliciam nec
causa litem dilatandi,
statim limitetur termi-
nus XV dierum a
die allegationis facte
connumerandorum et
illo die non incluso,
ad habendum com-
pellendum et produ-
cendum ipsos suos ma-
nutentores et suscipien-
dum judicium in se. Si
vero sint extra patriam,
tunc limitetur termi-
nus juxta declaratio-
nem sententie astan-
tium dandam, habita

respectu ad distantiam loci. Quod si comparue-rint manutentores infra dictum terminum XV dierum, et controversia orta inter nominantes et nominatos manuten-tores infra dictum ter-minum XV dierum non es-set finita, idem nominans iudicium in se suscipiat pro dictis manutentori-bus nominatis et ipso-rum periculo, si in cau-sa dicte manutentionis succubuerint dicti ma-nutentores. Quo casu li-mitetur statim per do-minium terminus XXV die-rum, non tamen compu-tata die qua fit dicta limitatio, tam contra-dicenti quam illi cui fit contradictio ad pro-bandum quicquid dicte partes probare voluerint in causa predicta. Quo ter-mino transacto in causa intelligatur conclusum, nisi

evidentissima causa appa-
reret per sententiam ap-
probanda, quo casu al-
ter terminus XIII dierum
assignetur seu superad-
datur, quo elapso nul-
lus ulterior terminus
assignetur sed in cau-
sa sit et intelligatur
conclusum ob odium
contradicentium, et ut
ipsi contradicentes ab
ipsorum nequitijs et ca-
lumniationibus ac interfugijs
desistant. Et si idem ma-
nutentor vel manutento-
res judicium pro allegan-
tibus eos susciperent, cum
eis procedatur quemadmo-
dum procederetur cum il-
lis, pro quibus judicium
susceperunt, tam ~~quo~~ quoad
~~ad~~ penam et expensas
quam ~~quo~~ ~~ad~~ quoad principa-
lem contradictionis cau-
sam. Et nisi alios alle-
garent manutentores,
limitetur terminus XXV
dierum ad probandum

per modum et formam et
cum additione, prout pro-
xime superius est decla-
ratum, quando contra-
dictor id se suscipit
#iudicium. Si autem dic-
ti manutentores alios
allegaverint manuten-
tores, terminus aliorum
XV dierum limitetur si
sint in patria, et si
non sint in patria, fiat
ut supra dictum est, et
procedatur ut proxime
superius est descriptum
in habendo primos ma-
nutentores, et similiter
si alij allegarentur ma-
nutentores; hoc adiecto
quod si contradictor vel
alius manutentores alle-
gans apparet ipsum alle-
gantem in processu cau-
se manuteritores non ha-
bere, vel contra ipsos non
obtinere, vel sub silentio
post dictam manutento-
rum allegationem factam
pertransire, cadat in pe-

ra Utrius marche deña riorum infra terminum trium dierum eidem allegante per dominium stamendum solvenda, nisi justam causam manutentionis habuerit allegandi per sententiam, attamen declarandam. Quod si infra dictum terminum non solverit, Ulterius non auditur et contra ipsum in dicta causa, ac si contumax esset, procedatur. Cujus pene tertia pars domino et reliquae duae parti sui facta est contradictio vel ipsius locum tenenti cedant. Nec hoc cum sufficiat simplex confessio manutentoris ad probandum esse manutentorem, nisi probetur legitime, vel saltem sacramento Utriusque partis dicta confessio roboretur. Si ve

no prenominatus contradictor et ille cujus sit contradictio, nullum allegaverint manutentorem, limitetur similiter tam ipsi domino seu mulieri contradicenti; quam ei cui fit contradictio, terminus XXV dierum, non computata die qua fit dicta limitatio, ad probandum quidquid dicte partes probare voluerint in causa predicta, quo termino transacto, intelligatur in causa conclusum, nisi evidens impedimentum appareret per sententiam approbandum, quo casu alter terminus XIII dierum superaddatur, quo elapso, nullus terminus ulterior assignetur, sed in causa sit et intelligatur conclusum ob causam et rationes superius declaratas. Nam omnia jura

tam naturalia quam civilia
et municipalia conantur re
sistere contradictoribus exe
cutionum sententiarum et
conventionalium obligatio
num. Quibus conclusio-
nibus vel aliqua ipsa-
rum factis, fiat ibidem
jurium productorum com
missio cum relatione
fienda, vel per senten
tiam astantium, si ipsis
astantibus utilius videbi-
tur, diffiniatur ibidem
super juribus per partes
productis. Et si quidem
jura ejus, cui facta est
contradictio, potiora vel
validiora sunt illis juri
bus per dominam vel mu
lierem contradicentem pro
ductis et probatis juxta
declarationem cedule con
tradictionis, de duobus
unum per dictam domi
nam vel mulierem contra
dicentem eligi faciendum
per presens ordinamen-
tum volumus et sta-

tinimus: videlicet quod aut
vendi dicta bona permit-
tat, ad suum manutento-
rem regressum habenda,
vel cum eo cui facta est
contradictio, concors. Sit et-
iam satisfaciat ne eo
quod per sententiam con-
tra illum ~~cujus~~ cuius bona ven-
duntur obtinuit, vel quod
conventionaliter obligatus
est pro dictis bonis, specia-
liter pro pignore ypotheca-
ta, ad suum manuten-
torem ut ~~dictum~~ dicitur regres-
sum habenda, ipso tamen
cui facta est contradictio,
hoc casu jura sua contra-
dictori cedente. Et hoc
casu in penis superius
specificatis non incidat
dicta domina vel mulier
contradicens vel recipiens
judicium pro ipsa, sed so-
lum in expensis legiti-
mis condemnetur, nisi ma-
nutentor vel judicium reci-
piens fuerit ille, contra
quem bona ad mandatum

uendantur. Quo casu de
penis superius specifi
catis non sit absolutus;
sed ad penas et expen
sas condemnetur et ca
dat ut superius est spe
cificatum, dictis manuten
tor uel iuditium pro
dicta contradicente su
scipiens. Si autem iu
ra domine uel mulie
ris contradicentis po
tiora uel ualidiora
sint iuribus illius cui
facta est contradictio,
ualideatur ipsa iura
et quod iuris est, ei
dem adiudicetur. Si
uero iuxta declarationem
cedule in forma supe
rius specificata, uidelicet,
dicta bona suum es
se fundum dotalem uel
specialiter et nomina
tim sibi pro dotibus
et iuribus suis aliis
pro pignore obligata
esse nihil probaret
uel probauerit, cadat

in expensis per senten-
tiam taxandis et in su-
perius nominata pena
XXV librarum ueronen-
sium paruorum, cedenda
et diuidenda, ut supe-
rius extitit declaratum.
Et si contingat dictam
dominam uel mulierem
contradicentem appella-
re uel se in protectio-
nem ponere, et in ipsius
appellationis uel protectio-
nis causa succumbere, ca-
dat in penam duplica-
tam ~~cedendam~~ ceden-
dam et diuidendam ut
supra, nisi causam le-
gitimam contradicendi
habuerit, ut superius
extitit descriptum. Quo
casu soluere ad expen-
sas legitimas teneantur
et similiter ad penam,
predictaque effectum
sortiantur tam in pen-
dentibus et nondum fi-
nitis litibus quam in
futuris.

(1391 F. 13 giugno)

38. De dominabus vel mulieribus contradicentibus ne bona ad incantum vendantur as serentibus se ius in ipsis ratione dotium vel iurium suorum habere.

Item statuimus, constituimus et ordinamus quod si domina aliqua vel mulier fuerit que contradicat vel contradici faciat, ne bona ad incantum vendantur, non ratione fundi dotalis vel specialis obligationis pro pignore facte, sed ratione dotium et iurium suorum, quorum virtute asserit se ius in ipsis bonis ad incantum vendendis habere, si ne vendantur virtute sententie legitime obtente, sive virtute specialis obligationis de ipsis bonis facte, teneantur et debeant

dicta domina vel mulier
citari facere partem in-
fra quatuor dies, inclusa
die cedule impetrate,
nisi fuerint omnes dicti
quatuor dies successive
feriati vel major pars
ipsorum, quo casu ad
primam diem juridicam
tunc proxime sequen-
tem citari faciat, expri-
mendo in dicta cedula
se jus in dictis bonis ha-
bere, qua dicte cedule
presentacione facta non
obstante, ad vendicio-
nem dictorum bono-
rum procedatur; sed
licitum sit eidem con-
tradicenti incantare et
incantari facere dicta
bona ad majus precium
quod potest et pro se
emere: Qua vendicione
facta statim privetur
ille possessione contra
quem bona ad incantum
venduntur et applicentur
illi cui facta est vendicio.

quo casu precium penes emptorem intromissum permaneat, donec fuerit discussum et determinatum de juribus partium. Et adveniente dicto termino, si non comparuerit domina vel mulier contradicens, cadat in penam unius marche denariorum Aquilegensis monete cum expensis factis illico taxandis; cujus pene tercia pars domino, coram quo questio vertitur, reliquę duę partes cui facta est contradictio cedant. Quod si dicta domina vel mulier sic contradicens et non comparens non fuerit solvendo personaliter detineatur et carceribus mancipetur, non relaxanda donec penam et expensas predictas solverit. Et si ulterius contradicere voluerit, nullatenus audiatur nisi primo pena predicta cum ex-

pensis taxatis soluta.
Quo casu nisi solverit contra ipsam diffiniti ue procedatur, ac si contumax esset. Quod si solverit, audiatur per modum proxime infrascriptum, quando comparet in termino ad contradicendum statuto. Si vero in dicto termino comparuerit, procedatur tunc ulterius usque ad conclusionem cause predicte in omnibus et per omnia quemadmodum superius constitutum et declaratum est, procedi debere in constitutione et statuto proxime suprascripto, intitulato de dominabus seu mulieribus contradicentibus ne bona ad incantum vendantur etc. Facta igitur conclusione, fiat ibidem jurium productorum ~~[illegible]~~ commissio et relatione fienda vel per sententiam astantium, si ipsis astantibus utilius

uidebitur, diffiniatur su-
per iuribus per partes pro-
ductis. Et si quidem iura
ejus cui facta est contra-
dictio, sint et reperiantur
potiora et validiora iuri-
bus domine vel mulie-
ris contradicentis per ip-
sam productis, idem qui
uendi fecit, habeat et ha-
bere debeat precium dicto-
rum bonorum venditorum
et ad ipsum spectare et
pertinere adiudicetur. Quo
casu de pena superius
constituta, domina vel mu-
lier contradicens nullate-
nus teneatur, sed solum
in expensis legitimis con-
demnetur taxandis per do-
minum predictum, eo quod
legitimam causam con-
tradicendi habuit, quia
probabiliter potuit igno-
rare, utrum iura sua
preferentur iuribus il-
lius qui uendi fecit.
Si vero iura domine vel
mulieris contradicentis

potiora, vel validiora
juribus illius qui ven
di fecit et cui est facta
contradictio vel ejus locum
~~[illegible]~~ tenenti
sint adjudicata, tunc eo
casu ipsa domina vel
mulier contradicens ha
beat regressum ad pre
cium et sibi dandum
adjudicetur, usque ad
summam juris quod ha
bere probavit. Quod si
nullum jus contradicen
di dicta domina vel mu
lier probaverit, in expen
sis omnibus per dictum
condemnetur dominum
taxandis et pena XXV
librarum veronensium
parvorum superius spe
cificata, cedenda et divi
denda, ut superius per
precedentem constitutio
nem et statutum exti
tit declaratum. Et si
contingat dictam do
minam vel mulierem
contradicentem appellare

vel se in protectionem ponere et in ipsius appellationis vel protectionis causa succumberet, cadat in penam duplicatam cedendam et dividendam ut supra, nisi causam legitimam contradicendi habuerit, ut superius extitit descriptum; Pro ea, sed solum ad expensas legitimas condemnetur, et teneatur ad penam quam minime est ratione superius demonstrata. Et predicta se non solum ad futuras causas sed etiam ad pendentes et nundum finitas extendant. — —

1 [1] 1391. 13 giugno

(39) De contradicentibus ne bona ad incantum vendantur, asserentibus se jus in ipsis habere.

Item statuimus, constituimus et ordinamus, quod si contradictor apparuat alius quam ille cuius bona ad incantum vendantur vel alius quam ille qui se asserit bona ad incantum vendenda, ad se in possessione vel proprietate spectantia pertinere, vel alius quam domina vel mulier pro dotibus et juribus suis quomodocumque; ~~nisi li~~ sed ~~licet~~ sit persona asserens et pretendens se jus aliquod habere in dictis bonis que ad incantum venduntur, sive vendantur virtute sententie obtente, sive virtute spetialis obligationis facte, teneatur

et debeant dictus contra
dictos citari facere par-
tem, que facit vendere, in-
fra terciam diem, inclu-
do die cedule impetrate,
nisi fuerint omnes dicti
tres dies successive feria-
ti vel maior pars ipso-
rum, quo casu ad pri-
mam diem immediatam tunc
proxime sequentem citari
faciat, in dicta cedula
exprimendo et clarifi-
cando de iuris in dictis
bonis habere. Qua dicte
cedule presentacione fac-
ta non obstante, ad ven-
dicionem dictorum bono-
rum procedatur. Sed
licitum sit ipsi contra
dicenti incantare et in-
cantari facere dicta bo-
na ad maius precium
quam potest et pro se
emere. Qua vendicione
facta statim privetur
possessione ille, contra
quem bona venduntur,
et apponatur illi cui

facta est venditio, quo us-
que precium penes empto-
rem intromissum perma-
neat, donec fuerit discus-
sum et determinatum de
iuribus dictarum partium.
Et adveniente dicto termi-
no, si non comparuerit
contradictor, cadat in pe-
nam unius marche dena-
riorum aquilegensis mo-
nete cum expensis factis
illuc taxandis. Cujus
pene tertia pars domi-
no predicto, reliquae par-
tes cui facta est contra-
dictio, cedant. Quod si idem
contradictor non compa-
rens non fuerit solvendo,
personaliter detineatur
et in carceribus manci-
petur non relaxandus do-
nec penam et expensas
predictas non solverit.
Et si ulterius contradi-
cere voluerit idem contra-
dictor, nullatenus audia-
tur, nisi primo pena pre-
dicta cum expensis soluta;

quo casu nisi solverit, contra
ipsum diffinitive proce-
datur, ac si contumax
esset; quod si solverit,
audiatur per modum pro-
cessus infrascriptum, quan-
do ~~[illegible]~~ comparet
in termino ad contradi-
cendum statuto. Si vero
in dicto termino compa-
ruerit procedatur tunc
ulterius usque ad con-
clusionem cause predicte
in omnibus et per omnia,
quemadmodum superius
constitutum et declara-
ratum est, procedi debe-
re in constitutione et
ordinamento suprascripto
intitulato de contradi-
centibus, vel bona illorum
contra quos est senten-
tialiter obtentum, vel
qui specialiter pro pigno-
re obligaverint, venda-
tur ad incantum asse-
rentibus etc. Facta igi-
tur conclusione, fiat ibi-
dem jurium productorum

commissio cum relatione
fienda uel per senten-
tiam assertiuam, si ip-
sis astantibus utilius ui-
debitur, diffiniatur super
iuribus per partes pro-
ductis. Et si quidem iu-
ra eius qui uendi fecit,
et cui est facta contra-
dictio, sint et reperian-
tur potiora uel ualidio-
ra iuribus contradicen-
tis per ipsum productis,
idem qui uendi fecit, ha-
beat et habere debeat pre-
cium bonorum uendito-
rum et ad ipsum spec-
tare et pertinere adiu-
dicetur, quo casu de pe-
na superius constituta
nullatenus teneatur dic-
tus contradictor, eo quod
legitimam causam con-
tradicendi habuit, quia
uerisimiliter ignorare po-
tuit, utrum iura sua pre-
ferantur iuribus illius
qui uendi fecit. Si uero
iura contradicentis po-

tiora vel validiora juri
bus illius qui vendi fe
cit et cui est facta
contradictio, vel ejus
locum tenenti sint
adiudicata, tunc eo ca
su idem contradictor
habeat regressum ad
precium et sibi dan
dum adiudicetur As
que ad summam ejus
quod habere probave
rit. Quod si dictus con
tradictor nullum jus
contradicendi probave
rit, condemnetur in
expensis omnibus per
dominum predictum
taxandis et pena
XXV librarum vero
nensium parvorum
superius specificata
cedenda et dividen
da ut superius per
precedentem constitu
cionem et statuta
extitit declaratum.
Et si contingat con
tradictorem predictum

appellare uel se in pro-
tectionem ponere, et in
ipsius appellationis uel
protectionis causa suc-
cumbere, cadat in pe-
nam duplicatam ceden-
dam et diuidendam
ut supra, nisi causam
legitimam contradicen-
di habuerit ut supe-
rius extitit descrip-
tum. Quo casu solum
ad expensas legitimas
condemnetur et tenea-
tur et non ad penam
ex ratione superius de-
scriptam. Hocque ha-
beant predicta non so-
lum in futuris, uerum
etiam in pendentibus
causis et nondum fi-
nitis.

Millesimo iii LXXXXI ~~trecentesimo~~
~~nonagesimo primo~~, indic-
tione XIV, die XIII Junij,
autenticata et publicata
fuerunt suprascripta

statuta in pleno consi-
lio coram nobili viro
ser Nicolussio de Ca-
stellerio honorabili Ca-
pitaneo terre Utini
pro Reverendissimo
domino domino Johan-
ne Patriarcha Aquj-
legiensi. —

1569

Sentenze criminali del Capitano e astanti della Città di Udine

Fondo comunale

tur solvere ipsa livella:
Et hoc si res super qua
debetur livellum sit suf
ficiens ad solvendum
dicta livella, et stetur
in hoc sententie astan=

statuta in pleno consi-
lio coram nobili viro
ser Nicolussio de Ca-
stellerio honorabili Ca-
pitaneo terre Utini
pro Reverendissimo
domino domino Jo-
ne Patriarcha Aqui-
legiensi. —

(1622, 29 Sept.)

12. De spangantibus non valentibus praeiudicare alijs habentibus super una et eadem re livella.

Omnem ambiguitatis confusionem amputantes hoc liquido et compendioso statuto, ordinatum, determinatum et statutum fuit in dicto pleno arengo. Quod si sint duo vel plures habentes plura livella super una re, et aliquis habens pri- [tres spangas posuerit legitime et possessionem acceperit, non valeat alijs habentibus livella] ~~mum livellum~~ super ipsa eadem re praeiudicare. Sed ~~videlicet~~ omnino teneantur solvere ipsa livella: Et hoc si res super qua debetur livellum sit sufficiens ad solvendum dicta livella, et stetur in hoc sententie astan=

~~et aliquis habens primum livellum~~ ~~(1) Cod. B. 142 t.)~~ ~~tres spangas posuerit~~ ~~legitime et possessionem acceperit non~~ valeat ~~alijs habentibus livella super ipsa eadem~~ re ~~praeiudicare sed manu pteriit supra~~

tum. Et si non esset suf
ficiens ad utrunque li
uellum solvendum, quod
tunc praeiudicium pareat
ultimo habenti livel-
lum pro illa parte dum
taxat, de qua non fue
rit sufficiens et sibi
imputetur. Et si secun
dus dominus livelli tres
spangas posuerit et pos
sessionem acceperit, non
valeat praeiudicare pri
mo habenti livellum, da
to quod res non sit suf
ficiens ad solvendum
dicta livella. Et sic suc
cessive de alijs haben
tibus livella super una
et eadem re. ——

40 De solutionibus Spanga-
rum reddendarum nuncio-
rum et scribendarum per
cancellarios in actis. —

Statutum et ordinatum
fuit quod si aliquis volue-
rit impetrare nuncios ad
pignorandum vel[1] spangan-
dum pro livellis sibi non
solutis teneatur ire coram
domino Capitaneo vel eius
vicegerente et petere per sen-
tentiam nuncios ad span-
gandum vel pignorandum
in genere pro livellis sibi
non solutis. Et eo[1] obtenta
statim unus ex cancellariis
domini Capitanei in qua-
ternis suis scribere tenea-
tur sententiam predictam,
pro qua sententia sit ob-
tenta. Cancellarius qui
dictam sententiam scripse-

[1] vel

[1] Cod doppi: ea

sit, habere debent soldos duos. Preterea statutum fuit quod si aliquis obtinuerit per sententiam imponendi spangas super aliqua re, et tres spange fuerint[2] successive non per intervalla annorum posite, et doctum fuerit per publicum Instrumentum quod tunc res spangata seu res spangate ipso jure decidisse intelligantur Illa,[2] qui ipsas spangas imponi fecerit. Et nichilominus ille contra quem imposite fuerint, teneatur ad duplices affictus pro prima et secunda spangis, et pro tertia spanga ad simplicem. (1)

2) Cod. Toppi: et tres spange posite fuerint"

2) int Cod. Toppi: ipso jure decidisse intelligantur illi qui ipsas"

(sic!)

(1) Altra redazione del Cod. A 2 t.

~~(1) Cod. A. p. 2 t.~~

Preterea ad corripiendas nequicias malignorum qui Nuncios diversos per aliqua temporis intervalla ad spangandum sub generali et innominato vocabulo coram Dominis obtinent quem spangare voluerint, nullatenus exprimentes in animarum suarum dispendium Precomi

errorum et spanzandorum nepharium et
execrabile detrimentum, statutum fuit
quod commissiones per Dominium in-
ponende Preconibus ad petitionem cujuscum-
que persone que spanzare voluerint per
dictos Notarios ut premittatur deputandos
in quaternis actorum eorundem describan-
tur in dicta commissione nomine Preconis
et spanzare volentis reique spanzande
et ejus determinationem et si tamen
habendo pro ipsorum labore de qualibet
commissione et relatione spange dena-
rium unum aquilegensem, quam rela-
cionem facere teneantur infra tem-
pus superius nominatum notificando
tamen illi cujus possessio spanzanda
fuerit aut illis qui eam tenebunt,
sive domesticis eorum mandando quod
predicta intiment domino possessionis
spanzande. Quod si contrafactum
fuerit, spange sint irrite et inanes,
et Preco nihilominus pena XL denario-
rum plectatur applicanda ut supe-
rius est expressum. Preterea quod
nulla possessio decidere valeat de ra-
cione vigore spanzarum nisi continua-
te fuerint de anno in annum, et
non per intervalla annorum et
lapsum temporis et pateat per publicam

predictorum Notariorum documenta in
quaternis ad hec, ut premittitur deputatis
redacta qui pro tempore fuerint ad di=
ctum officium deputati: Quorum quidem
Notariorum quaterni in loco decenti apud
Communne Utini sub canelari serventur
et precedentium Notariorum acta ac pro
cessus... Domini nostri D. Patriarche
interveniente et de cetero per succe
dentes Notarios secundum eis exhi=
bendam formam valeant publicari.

|Il milesimo in caratteri piccoli!|

(1422, 2, Sept.) ~~Arengo di Udine~~

41. De prescriptione non opponenda contra potentes et habentes livella (1).

Quoniam per nonnullos potius privatorum quam bonum publicum conservantes et affectantes a multo tempore citra quiedam damnosa et pestifera in terra Utini abusio inolevit, quod quando quis habens livellum aliquod super aliqua re stabili, petitur ad solutionem pervenire spangando vel pignorando iuxta antiquos mores, ut plurimum sit[2] contradictio et prescriptionis exceptio. Ex quo rixe et discordie inter cives oriuntur, damna intollerabilia consequuntur, expense[3] in infinitum augentur. Idcirco predictis ~~observare~~ obviare intendentes ad cavillationum ini=

2) Cod. doppi: fit 3) Cod. doppi: et expense

[illegible]

Vol. XXIIII.

(1) La data di questa rubrica e delle seguenti 42, 43, 44, 45, 46 risulta dal Vol. XXIII. Ann. C. dove sono precedute dalle indicazione seg. ent=

(1) ~~Ann. XXIII. …~~ Infrascripta sunt, statuta compilata supra livellis in pleno Arengo Terre Utini ad sonum campane more solito congregato in Collegiata Maiori Ecclesia S. Marie de Utino in die festi S. Michaelis Arcangeli sub MCCCCXXII, ind. XV. —

Nel vol. XX Ann. 181 t. questa rubrica così fu formulata nell' Arengo 1415, 22 settembre:

Ordinamentum supra materia livellorum.

Supra materia livellorum ne aliqui habentes livella in Terra Utini et eius districtu ulla unquam currere possit tempore ~~pres~~ prescriptio de ipsis livellis suis, ex matura deliberatione nostra et totius nostri arengi committimus et plenam ac omnimodam auctoritatem et bayliam concedimus consilio ipsius Terre ad compilandum statuta, ordinamenta edita et edenda sub pena seu penis per ipsum consilium in ipsis apponendis et declarandis super ipsa materia livellorum cum omnibus dependentibus, incidentibus, emergentibus et connexis et accessoriis et ad tollendum omnem materiam dubietatis, litigii, questionis et differentie que aliquo modo huiusmodi causa posset insurgere prout eidem consilio nostro videbitur expedire et sicut ipse totum Arengum nostrum facere posset cum omni plenitudine. Statuentes ex nunc prout per dictum consilium nostrum iubemus et volumus statui quod nullus procurator iudex seu advocatus ullo unquam tempore se audeat ingerere vel intromittere quoquomodo ad agendum vel defendendum pro vel contra aliquam personam super huiusmodi materiam livellorum contra prescripta ordinamenta per dictum consilium nostrum compilanda. Quod si quis contrafecerit, incurrat penam per eandem consilium in huiusmodi statutis et ordinamentis apponendam et declarandam.

quitates auferendum, Utrum-
cuique Jus habenti tribua-
tur: Nos Thomas de pla-
centinis legum doctor Ca-
pitaneus terre Utini per
Magnificum et generosum
virum dominum Jacobum
Trivisano pro Illustrissimo
ducali dominio Venetia-
rum, In patria Forijulij
generalem locumtenentem
specialiter deputatum, Con-
silium totius universita-
tis ipsius terre tam Nobi-
lium Civium quam popu-
larium in maiori Ecclesia
Sancte Marie de Utino
ad sonum campane mo-
re solito congregatum 1)
ad laudem et reverentiam
Omnipotentis dei eius gloriose
matris virginis Marie et pre-
ciosum Sancte Justitie ac pre-
fati nostri Illustrissimi duca-
lis dominij Et pro bono publi-
co ipsius terre Utini Consti-
tuimus et per hanc lauda-
bilem Sanctionem Statui-
mus et ordinamus, Quod

1) Cod. Joppi: congregato

nullus, siue sit principalis cuius
intersit siue procurator vel ad
uocatus aut alia persona quouis mo
do possit aut valeat in Judicio pre
scriptionis exceptionem Juris cano
nici vel Civilis aut municipalis
opponere, allegare vel probare con
tra aliquem ciuem vel habitato
rem terre Utini, Ecclesiam vel
hospitale aut monasteria vel con
uentus livellum siue livella ali
quod vel aliqua, tam in pecu
nijs quam in blado, vino vel a
lijs rebus habentem vel petentem
supra aliqua re vel rebus stabi
libus. Et hoc sub pena vigin
tiquinque librarum soldorum
totiens exigenda quotiens fue
rit contrafactum: Cuius
pene medietas sit partis
contra quam opponetur et
alia medietas domini Capi
tanei. Et quod sufficiat ip
si vel ipsis habentibus seu pe
tentibus ipsum vel ipsa livella
probare per publicum instru
mentum manu boni et fidelis
notarij confectum, etiam si sit
antiquissimum, vel per duos aut tres

testes ydoneos et fidedignos, de quorum idemptitatibus ste- tur declarationi astantium, sibi deberi ipsum uel ipsa livella. Et quod tali probatio- ne facta, debitor siue ille con- tra quem agitur, omnino ip- sum uel ipsa livella soluere teneatur, non obstantibus ali- quibus iuribus ciuilibus uel ca- nonicis aut consuetudinibus aut prouisionibus hactenus in contrarium factis, quibus omnibus ex certa scientia te- nore presentium derogamus. Admittatur autem ille a quo petitur livellum, impune ad opponendum et probandum exceptionem conditionis, donationis, permutationis, liberationis, transactionis et pac- tionis de ulterius aliquid non petendo, uel lega- tum et alias quaslibet legiptimas exceptio- nes non concernentes prescriptionem ut supra. Que si probarentur, legiptime ex- cluderent actorem. Et hec habeant locum in iam constitutis livellis et constituendis ac impendentibus[1] ac futuris causis, non autem trahantur ad preterita iam de- cisa. ——

[1] ied.-Loppi in pendentibus

(1422, 29 Sept.)

43. Quod una re spangata alie spangate intelligantur.

Item Statutum et ordinatum fuit in dicto arengo et per dictum arengum terre Utini, Quod si plures res fuerint obligate pro solvendo unum libellum, Et in una eademque iurisdictione existant, et una ex dictis rebus fuerit spangata, Omnes alie res intelligantur esse spangate. Et hoc si sunt in possessione et dominio illius, cui fit notificatio ipsius spange, alias autem possessoribus dictarum rerum debeat notificare[1], et spange aliter imposite nullius de[2] valoris.

1) Cod. Joppi: notificari

2) Cod. Joppi: sint

[1422, 29 Sept.]

44. De non valentibus vendere li-
vella super re alivellata si-
ne notificatione fienda domi-
no livelli.

Item Statutum et ordinatum
fuit per dictum Arenghum
terre Utini, Quod siquis
alivellaverit alicui persone
aliquam rem solvendo so-
lummodo unum livellum
vel etiam alia livella con-
sueta solvi super dicta Re,
non possit livellarius aliquod
aliud livellum alicui perso-
ne vendere, donare, alienare
vel aliquo alio modo transfer-
re, nisi ipsa res alivellata
fuerit meliorata. Nam tunc
livellarius possit vendere
aliud livellum super dicta
re, dummodo prius notificet
et proferat alivellanti vel
eius heredibus, si voluerint emere.

Et si noluerint emere pro
bretio communi ad extima
tionem bonorum virorum,
quod tunc alteri possit
vendere. Et si aliter fac
tum fuerit, vendicio sit
ipso Iure nulla, et ~~ab~~
talis contrafaciens cadat
in[1] ~~ab~~ Iure suo.

[1] Cod. dopp.: a jure

(1422?, 29 Sept.

45 De non valentibus renssi-
gnare rem alivellatam,
si fuerit deteriorata cul-
pa possidentis.

Item statutum et ordina-
tum fuit, quod si ali-
quis aliquam rem ad
livellum seu ad onus
livelli possederit ac ha-
buerit, et ipsa res effecta
sit deterior culpa ip-
sius accipientis ad livel-
lum vel alicuius de
domo sua, non valeat
renssignare domino 1) ymo tenea-
tur solvere ipsum livel-
lum, donec rem taliter
melioraverit, quod sit
sufficiens ad ipsum onus
livelli. Sed si sit deterio-
rata casu vel guerra,
tunc possit ipsam rem
renssignare primo seu

1) Cod. Joppi: domino ipsius livelli

~~pro~~ priori domino ipsius
livelli, cum non possit
aliquid ipsi livellario
imputari, solvendo tamen
affictus preteritos integre
usque ad tempus reassi-
gnationis; cum hoc quod
ille cui reassignata fuerit
ipsa res, teneatur solvere
livella posterioribus, si res
fuerit sufficiens ad u-
trumque livellum solven-
dum, alias non nisi ad
sufficientiam arbitrio bo-
ni viri. Et si secundus
vel tertius vel deinceps
voluerit recipere ipsam
rem in se et solvere li-
vella precedentia, suum
livellum possit et valeat
priori domino livelli re-
cadante: et hoc habeant (sic!)
locum in livellis preteri-
tis et futuris.

(1412 ?, 29 Sept.)

46. De ecclesiis et religiosis
non valentibus spangare
sine speciali pacto.
Item Statutum fuit et or
dinatum. Quod capitula,
Camerarii et officiales
Ecclesiarum, hospitalium,
fraternitatum altaristo,
monasteria et conven
tus quorumcumque loco
rum, ecclesiarum et sancto
rum pro livellis eis vel
alicui ipsorum legatis
in testamento vel alia
ultima voluntate vel in
ter vivos donatis non pos
sint aut valeant span
gare rem, super qua de
betur eis livellum, Sed solum pignerare seu
pignorari facere
pro suis livellis et affic
tibus non solutis, Infra
nisi docerent legittime

per instrumentum publicum, ipsum legantem vel donantem habuisse[1] auctoritatem spargendi et salvis pactis et conventionibus in instrumentis insertis, et hec habeant locum in libellis preteritis et futuris. — —

[1] Cod. Zopp.: habuike

~~Cap. XIII~~

~~15~~

47\. De vendentibus bis super aliqua tenuta.

Firmatum et statutum fuit per homines et commune Utini in Maiori ecclesia de Utino XII voce preconia more solito congregatos. Quod si aliquis de Utino teritorii aliquam seu comune super aliqua tenuta bis vel pluries vendiderit, obligaverit vel alio quovis modo alienaverit, soluat mediam marcham denariorum. Cuius medietas sit Capitaneis et alia communis. Et hoc si querela cuius interesset, coram dominio deponetur, et teneatur nichilominus summarie sine strepitu Iudicii satisfacere omne

(1) Cod. ✝ c. 5. Gastaldionis

~~(1). Gastaldionis~~

parcium ~~per eum~~ *)

*) Cod. doppi: per eum

dampnum, expensas et in-
teresse, ei qui dampnum in-
currisset. Si vero is qui sic
vendidisset, obligasset vel
alienasset, non
haberet unde predicta
satisfacere posset, capi
debeat in persona et incarcerare[3]
tam diu detineri
donec satisfecerit de om-
nibus supradictis. Et hoc
idem habeat locum in
quolibet vendente seu alie-
nante aliquod de predic-
tis, quod non foret suum,
sub pena predicta —

3) Cod. Foppi: in carcere.

In Christi nomine amen anno nati vitatis ejusdem domini M.CCCCXXII ind. XV. die martis penultimo mensis septembris videlicet in die festi Sancti Michaelis Archangeli actum Utini Aquilegensem diocesis in colegiata majori Ecclesia sancte Marie de Utino ~~—~~ in pleno ipsius terre Utini arengo ibidem ad sonum campane more solito congregato coram Egregio et Sapienti legum doctore domino Thomasio de Placentinis de Venetiis honorabili Capitaneo terre Utini etc.

~~ed a carte 5 segue~~

Infrascripta sunt statuta compilata supra livellisin antedicto pleno arengo lecta et edita seu confirmata

Cantiani, tales cives, vicini et habitatores nostri, cre ditores, accepto nuncio do-

48 De intromissionibus fiendis per
cives Utini contra quoscunque
in terra Utini.

Statutum deliberatum et ordi-
natum fuit. Quod si aliquis Ci-
vis Vicinus vel habitator terre
Utini debuerit vel debet seu
debebit habere pecunias seu
res aliquas ab aliquo foren-
se, cuiuscunque ~~[illegible]~~
status, gradus seu preemi-
nentie sit, seu (scilicet) quod aut
talis debitor sit nobilis aut
clericus vel ruralis aut cuius-
cunque alterius conditionis,
in quibuscunque diebus ~~aut~~ ac
omni tempore, Exceptis die-
bus Sabati, in quibus sit
forum in ipsa terra, Excep-
toque etiam die fori Sancti
Cantiani, Tales cives, vicini
et habitatores nostri, cre-
ditores, accepto nuncio de-

nini Capitanei possint
et valeant intromittē et se-
questrari facere de bonis
et rebus dictorum debito-
rum suorum, cuiuscumque
generis in ipsa terra Stai-
rij, et eorum prosequi
intromissiones usque
ad condignam satisfactio-
nem. Salvo tamen ac il-
leso et reservato omni Iure
dominorum quorum tales
debitores essent massarij.

49. De arbitris eligendis et compromissis fiendis inter affines super differentijs ipsorum.

Ad obviandum materie scandalorum que oriri possent inter affines, Statuimus et ordinamus, quod in et super quibuscumque litibus et differentijs ~~cuius~~ Cuius-cumque conditionis existant, iam ortis et orituris inter affines proximos et parentes, videlicet: primo in linea et generatione ascendentium et descendentium usque ad infinitum in utroque gradu; Secundo inter omnes et singulos collaterales usque ad quartum gradum; Tertio inter omnes coniunctos parentele matrimonialis, respectu

scilicet
~~si~~ inter socero et generos vel cognatos, et in his ex cenditur presens ordinamentum ad utrumque sexum, debeant et teneantur omnes de predictis tribus generibus nominatis lites habentes civiles vel criminales, de excendentes ad penas pecuniarias, in consilio coram dominis capitaneo et consiliariis eligere et assumere amicos, videlicet unum communem, si de uno poterint concordare, aliter unum pro parte, inter quos erunt ~~[illegible]~~ vertencia litigiosa ut supra. Et in eo casu si dicte partes ibidem de ~~[illegible]~~ tercio communi poterint concordare, bene quidem. Aliter ~~[illegible]~~ vero ibi et in instanti teneantur dare ipsis dominis capitaneo et consilio inscriptis eorum suspectos et confidentes: de quibus prefati

domini Capitaneus et con-
silium illum ~~[illegible]~~ quem
inuenerint nominatum
per ambas partes, dare et
deputare ~~debeant~~ in tercium
~~[illegible]~~ communem amicum;
et de hijs omnibus liti-
bus, siue sint de cognitio-
ne ciuilis, spiritualis uel
temporalis fori, uel actio-
num + Iniuriarum siue cri- + (actionum?)
minalis, et siue amici sint
electi per partes siue unus
aut tres, aut in alio casu,
videlicet si tercius com-
mis amicus fuerit electus
et deputatus per domi-
num Capitaneum et con-
silium, teneantur et de-
beant predicte partes il-
lico facta electione uel depu-
tatione amicorum com-
promittere in eosdem
electos seu deputatos tan-
quam in arbitros arbi-
tratores et communes ami-
cos de iure amicabiliter
et de facto, cum aucto-
ritate eisdem attribuen-

da per partes proro-
gandi dictum compro
missum in eos factum
et abreviandi.
Quod compromissum
fiat non solum semel
sed totiens vel quotiens[1]
per dominum Capita-
neum et consilium[2] fue-
rit provisum et ordina-
tum, cum penis sacra-
mentis obligationibus et
clausulis, prout ipsi do-
mini Capitaneus et con
silium declarabunt fore
faciendum, ad hoc vt
huius modi vertentia
inter duos[3] de generatio
nibus superius declara-
tis non aliter quam per
sententiam arbitrariam
tollantur. Ceterum si
aliqui de predictis ~~gene~~ generibus ~~questivositus~~ +
rationibus de contraversijs
vertentibus inter eos ad re
quisitionem domini Ca
pitanei et consilij for-
te recusarent facere com
promissum, tunc eo casu[4]

1) Cod. Joppi: sed toties quotiens.

(c. 130)
2) Cod. B: per predictos dominos de consilio et D.

3) Cod. Joppi quosuis

4) Cod. Joppi: tunc et eo casu

totaliter sint exclusi et rejecti
per dominum Capitaneum a
Judicio, nec eis detur aliqua
audientia Judicialis in agendo
nec deffendendo. Si autem ac-
tor contentaretur compromittere
et obedire dispositioni predicto-
rum dominorum Capitanei
et consilii, et reus recusaret,
ob ejus cautelosam malitiam,
quia reus recusans suspende-
ret actionem actoris, Ita
quod actor propter ejus obe-
dientiam dampnum et tar-
dationem sue actionis pa-
teretur, + (quare?)
Ad providendum contra
hanc Iniquitatem domini
Capitaneus et consilium plenam
habeant libertatem dispo-
nende et providendi in-
dempnitati dicti actoris obe-
dientis. Et hoc similiter
locum habeat in casu e con-
verso, videlicet si reus vel-
let obedire et actor recu-
saret, quia in hujusmodi [litibus?] + quare?
reus obediens non inquieta-
retur propter recusationem

actoris, tamen in multis
casibus multum facit pro
reis quod lites et questio- (?)
nes eis moveantur, si ali-
quo tempore debeant mo-
veri, tempore suo eorum
reorum. Scientes facere
eorum deffensiones expe-
dientes et convenientes in
litibus que eis moven-
tur quam tempore duorum + ?
successorum, quos igno-
rantia deffensionis lerret et
damnabit. Si autem in
alio casu communis occur-
reret inobedientia (quod) ~~(alterum ...)~~
ambo videlicet reus et actor
recusarent compromittere
ut supra et aliter odio
alterius perseveraren(t) am-
bo in huiusmodi pertina-
cia animosa. Tunc domi-
ni Capitaneus et consilium
habeant plenissimam aucto-
ritatem providendi et fa-
ciendi fieri ex ipsorum
consiliariorum parte ipsis
recusantibus mandata, sub
pena et penis ipso pareant,

exigendo penas super ipsorum recusantium bonis,[1] et multiplicando ipsas penas, donec paruerint; et aliter disponendo et providendo, prout ipsis dominis Capitaneo et consilio melius et utilius visum fuerit convenire (2)

(1) Cod. ~~B. 130~~ [A. 84] „bonis actualiter et alio modo in huiusmodi casu providendi et disponendi prout" etc.

(2). È scritta nel Cod. B, 130 ~~colla seguente~~ [dov'è seguita] da questa aggiunta: „Nota quod de litibus que verterentur inter predictos nominatos coram aliis Judicibus quam coram Capitaneo non est provisum per hoc ordinamentum quia ad providendum in hoc casu expedit quod interveniant favor et auxilium domini nostri Patriarche". Nella ~~pagina~~ [carta] ~~seguente~~ [(131) della detta B] leggesi parte di altro Statuto ~~[illegible]~~ nello stesso carattere del precedente che dalla scrittura e dalla notizia deve essere stato promulgato nella seconda [illegible] del sec. XIV ~~certamente~~ [a poco] prima del 1420.

(1) ~~Nella presente... nel Cod. B. 130~~ coll' aggiunta dell' ~~istesso carattere~~ della

~~15 bis~~
~~16~~

[50. — Tra 31/1366 e 1/1375]

[~~1366-75~~] [13 66-75]

De electione officialium declarante numerum qualitatem personarum deputandarum et tempus durantia fienda (sic!).

~~Prohemium~~.

Quoniam preceptum imitantes dominicum[1], totum splendore suavitatis fide[2] illuminans genus humanum, jubens alterius alterius onera portare et proximum diligere sicut semetipsum etc. Quod tam pretiosissimum a predominanti excellentissima virtutum matre originaliter fundatur charitate felicissime nuncupata, Nobiles et sapientes viri domini Zanninus de Prata Juris peritus Honorabilis Capitaneus, Consilium et commune Ystrie terre prospere populantis, et ipsius eternalis Sanctissima instruente doctrina, digili studio meditantes, et coram mentalibus oculis aspicientes,

1) Cod. Doppi: divinum
2) Cod. Doppi: fidele

aperte intelligerunt. Quod propter hoc, rex, filius pueritie, infancie et decrepite impotentiam naturalem, adolescentie directionis insufficientiam levissime cu[ncu]rrentem, superne dispositionis elementiam defectualem vitij inertie negligentiam dampnabilem, pompe vitij prodigalitatem lasciviam, et dolositates[1] inturiam deceptivam, communiter et divisim non modicum ipsius terre quasi insensibiliter ledit eius Status. Quo circa salubri provissione habita, et attendentes manifesta, approbante in humanis experientia, quod civitates, terre quelibet et loca bene regulata vementer proficisunt. Ideoque ad abolendum vitia et defectus supra declaratos totaliterque extinguendum

[1] cc. doppi: dolositatis

inferius annotata ordina
menta condere solemniter
deliberaverunt. (1) Primo qui
dem statuerunt et ordina
verunt, quod anno singulo
in pleno arengo in quo
ipsius communitatis Utini
mutantur creantur offi
ciales, Tres eligantur boni
viri conscientiati et circa
opera misericordie libenter laborantes
peraentes, vocandi officia
les et deputati ad negotia
pupillorum et aliarum
miserabiliumque defectua
darum personarum pera
genda et peragi facien
tes: Inter quos omnino ne
cessitatis causa dictante, u
nus sit advocatorum prop
ter causalium experien
tiam notorum, quorum
quidem trium officia
lium deputandorum of
ficium est tale, in totum
conforme [illegible] sa
crosanctis iniunctionibus
suprascriptis, laboriosum
multum et onerosum sed

(1) Nell'indice la seguente rubrica intitolata: De electione officialium declarante numerum qualitatem personarum deputandarum et tempus

meritorium valdeque cari-
tatiuum et debitum eis.
Sed electis[1] de sollicitudi-
ne habenda, amore et ti-
more posthospitalis defe-
rendo, ~~ut meritis~~ — ~~et~~ corpora-
le sacramentum. ——

[1] Cod Zoppi: eisdem electis de ss

^ (deferendum est ?)

51 De deputatione personarum in quinterijs et decanijs, signifficantium eisdem deputatis defectus in terra Utini predicta occurrendos. —

Item ad hoc ut predicti tres deputati notitiam habeant Utini predicta defectuum in terra occurrentium, nec earum pretendere possint ignorantiam, teneantur et debeant eorum dicti officij prestito sacramento, immediate post ipsorum creationem in terra Utini predicta interius in quinterio(1) quolibet duos, et exterius in quolibet quatuor decaniarum tres, deputare et eligere bonos et utiles homines, imponendo eis unam penam et penis usque ad summam Utinis marce

(1) Fino dal sec. XIV la città era divisa in cinque parti detti Quintieri che denominavansi di Mercatovecchio, Mercatonuovo, ~~e del Borgo~~ di Gemona, Grazzano ~~[illegible]~~, e Aquileja. Ognuno aveva la sua bandiera bianca e nera con entrovi una lista rossa. I borghi di Grazzano, Aquileja, Prachiuso ~~[illegible]~~ e Gemona si chiamavano anche Decanie poichè in ognuno di essi il Decano nominato dal Consiglio della Città presiedeva alle Vicinanze o riunioni de' capi di famiglia ove si trattavano le questioni de' pascoli e altre piccole differenze che nascevano tra quegli abitanti tutti dediti all'agricoltura. Seguono alcune deliberazioni:

eos attendo, quod talem
insuspiant commissionem,
et eam susceptam exe-
quantur per totum tem-
pus, prout per predictos de-
putatos limitando eis ex-
titerit provisum, eisdemque
debitum corporale deffe-
rendo sacramentum, quod ipsi et unusquis-
que ipsorum, fidelem ha-
bendo curam ipsorum, pre-
stito sacramento, teneau-
tur et debeant eisdem
tribus deputatis denuncia-
re et eosdem informare de
omnibus vitijs occurrenti-
bus in eorum[3] quarterijs et
decanijs, ubi suas trahunt
domiciallis[4] mansiones,
et apparentibus defectibus
impotentie, negligentie, in-
sufficientie, dementie, pro-
digalitatis, dolositatis et
aliorum necessariorum de re-
medijs convenienti provi-
sione, de quibus scieverint
et ad eorum notitiam per-
venerint, tam circa tutores,

Mittel

[3] Cod. Joppi: ipsorum

[4] Cod. Joppi: domicilliales

1347, v nov. Super eo quod dixit [in Consilio] Armentarius Gragani de eo quod sibi facit Decanus de villa Gragani, quod videatur si Decanus habet ius, quod utatur suo iure et si non habet quod dimittat Armentarius. ~~Ib.~~ Ann. 1. 54 t.

~~Ann. I. 54 t.~~

1348, XXII febr. Super eo quod dixit Joachinus de Armentariis, quod precipiatur Decanis ut nichil recipiant Armentariis de tributo. Ib. 139 t.

~~Ib. 139 t.~~

1353, XXIV aug. Per D. Capitaneum et Consilium deliberatum fuit ~~quod~~ bono statu et securitate Utini quod fiant interstale circha villam et eligantur duo de Terra qui sint cum Decanis et Capitaneis quarterii.
Ad portam Aquilegie et Ronchi et Degania eiusdem, ad Decaniam Bertaldie; ad Decaniam porte Glemone; ad portam et decaniam Gragani. Ib. 2, 19 t.

~~Ann. II 19 t.~~

1362, v Sept. D: Statutum fuit per consilium quod masarii ministeriales litterarum Ser Nissi de Romangacho existentes sub Decania de Pratellis qui angariantur, de cetero sint libere absoluti omnibus et singulis factionibus et angariis salvo quod pro guayta armentario solvere teneantur. Ib. 3, 193 t.

~~Ann. III. 193 t.~~

1363, IV Sept. Super propositis contra Decanum et alios de Bertaldia qui accipiunt denarios pro guaytis et non faciunt vicinium uti debent, deliberatum fuit quod Decanus exigat et fiat prout antiquitus factum est. Ib. 311. ~~311~~

1363, 5 maii. Supra propositis (in Cons. Terre Utini) per Decanum de burgo Aquilegie, de vicinancia, deliberatum fuit quod vicinancia celebretur uno anno apud S. Petrum de porta Aquilegie et alio anno ... solitum erat eam celebrare, incipiendo terminum in festo S. Michaelis et quod mutatur armentum sicut factum est a XXV annis citra. Ann. 3, 275.

1363, 2 oct. Supra propositis per illos de burgo Aquilegie extrinseco et Decanum decanie ville inferioris (Utini); deliberatum et provisum fuit quod vicinancia fiat sicut antiquitus solitum est fieri et si quis quod in dicta vicinancia fuerit deliberatum recusaverit observare, quod condignetur et nulla habita remissione, impignoretur. Ann 3. 322

1423, VIII iunii In Consilio supra propositis per D. Capitaneum exponentem et conquerentem quomodo ex inductione Marquardi de la Fratina canipari curie, D. Locumtenens vult desmembrare decanias burgorum Utini que spectant et spectare debent capitaneatui et ipsi D. Capitaneo prout a diu citra semper spectavit et pertinuit etc. Deliberatum fuit quod eligantur quatuor boni cives qui sint et instent cum prefato D. Locumtenente ut velit dimittere dictum D. Capitaneum in possessione capitaneatus et decaniarum predictarum et aliorum spectantium ad ipsum capitaneatum eo modo et forma prout solitum fieri et observari antiquitus et quod ipse D. Locumtenens velit nos et iura nostre Comunitatis manutenere in suis antiquis iuribus et consuetudinibus iuxta et secundum pacta et promissiones prelibati Domini nostri Venetiarum et sic ad hoc electi fuerunt D. Jo. de Cavalcantibus D. Jo. Mosti, ser Jo. de Susannis et ser Zanitellus notarius. Ib. 23, 79

negotiorum curatores, quam-
vis alias quascumque perso-
nas, que dementia prodigali-
tate, mentis alienatione vel
altero quovis defectu et vi-
tio tenerentur. Quod si au-
tem huiusmodi defectuum
denunciatores, talem recipe-
re recusaverint commissio-
nem, primo eis facta moni-
tione per predictos tres de-
putatos vel saltem duos
ipsorum ~~[illegible]~~ ex parte do-
minorum Capitanei et Con-
silii, quod ipsam debent
exequi commissionem, tuncque
~~quod~~ precipiatur eis et uni-
cuique ipsorum per predic-
tos deputatos vel eorum-
dem duos, vel per precones
comunis ex parte seu alter-
tius ex eis, sub pena XX sol-
dorum, XL denariorum,
medie marche et unius
marche, quod ipsam exe-
qui debeant commissio-
nem; quarum penarum
exigendarum cum nun-
tio dominii toties quoties

quam.

~~comunis~~

contrafactum fuerit, tertia
pars deveniat ipsi domino
Capitaneo et residuum ip-
sis deputatis, debeatque
dominus Capitaneus qui
pro tempore fuerit, sua be-
nignitate quandocumque
ipsis deputatis requiren-
tibus dare nuntium ad fa-
ciendum executionem pro
predictis. (R)

52 De provisione fienda indigentibus personis de officio tutele negotiorum cure, et bonorum prodigorumque dementium interdictione.—

Item statuerunt et ordinaverunt, Quod predicti tres deputati seu duo ipsorum debito corporali sacramento prestito, ut supra, quo teneantur statim cum ad eorum vel ad eorumdem quemlibet pervenerit notitiam, quod si aliqua quevis persona utriusque sexus in ipsa terra Utini, bone tamen conditionis parentele et nationis in quibus minimi vel nichil habentes non includantur, male inutiliter[1] gerent bona et facta sua, aut propter impotentiam, propter

1) Cod. doppi: male et inutiliter

dementiam, furiositatem, etatem decrepitam, vel mentis captionem aut propter prodigalitatem, defectum fatuitatis, stultitie, vel infirmitatis aut membrorum defectus, vel per aliquorum malignantium subtractionem vel subductionem vel alio quoquo modo pateret evidenter, Tunc bene profunde et diligenter inquirire debeant et teneantur, donec predictorum habuerint veritatem. Qua quidem habita eam dominis Capitaneo et consilio protestatione qualibet de medio sublata, intimare ad eorum presentiam ~~de inuentis~~ faciendo relationem, et instare sollicitare supplicare et procurare donec obtinebunt, Quod predicti domini Capitaneus et

de inuentis

consilium debitum et con-
veniens apponent reme-
dium, si illi vel illis perso- scilicet
nis sic facientibus de qui-
bus ut supra relatum fue-
rit, providendo minoribus
per predictos dominum Ca-
pitaneum et consilium sen-
tentialiter et consiliando
de tutoribus et curatoribus
ad lites et negotia, defensa-
toribus si expedierit et se-
cundum casus exigentiam.
Ad quorum tutelarum et
curarum officium compel-
lantur per ipsos dominos
Capitaneum et consilium
cum pena et penis, videli-
cet ille persone que per
ipsos deputatos seu eo-
rum duos pro idoneis
et sufficientibus et ad
predicta de iure honora-
ri[1] debentibus fuerint
nominate. Hoc salvo si
predicti nominati cau-
sa interveniente legitti-
ma et predicti consi-
lij mediantibus senten-

[1] Cod. Joppi: onerari

tia et deliberatione ab=
solverentur. Quarum
penarum infligendarum
recusatione non excusa
ta occurrente quanti=
tates redundentur et
veniant ut supra. (1)

50

(1) 1367, XV oct. Supra propositis per illos
qui sunt supra pupillos de ordine iudiciario
per eos dando [illegible] in factis pupillorum, deliberatum
fuit quod semel in ebdomada in toto anni circulo
videlicet die mercurii ante tercias sedere teneantur
ipsi tres officiales vel saltem duo ipsorum et
audire causas defectus, rationes, querelas
et omnia alia dependencia ad dictum officium
et supra predictis determinare cum consilio sapientum
que determinari poterint et illa videlicet que
determinari non poterint reducere in Consilio
determinanda. Ann. ky 284.

Ann. IV 284.

Manca nell [illegible]

53 De solemnitate habenda quando fiunt bonorum interdictiones et alienationis eorumdem prohibitiones et de forma tenenda in ipsorum publicatione.

Item constituerunt et ordinaverunt, quod de cetero adolescentes, seu maiores, dementes, in decrepita constituti, furiosi, muti, surdi, prodigi et mentecapti, curatores ad negotia habentes, aliquod de eorum stabilibus et mobilibus dotum pro eorum victus et vestitus aliqualiter alienare non possunt, neque se obligare contrahere, seu aliquem contractum, qui in humanis nominari posset, facere vel praecisis preter expres-

De prohibicionibus quod non fiant quietaciones per aliquos adultos eorum tutoribus vel curatoribus expiratis dictis officiis administrationum rationibus per eos reddendis.

Item statutum et ordinatum fuit per sapientem et egregium virum D. Azolinum de Gumbertinis de Utino militem et legum doctorem Capitaneum, Consilium, et Commune terre Utini, quod de cetero quia multi committebantur fraudes et deceptiones in negociis adultorum et aliarum miserabilium personarum, quod nemo adultus seu pubes nec aliqua alia miserabilis persona, demens vel in decrepita existens comprehendendo utrumque genus, cujus bonorum gestio vel administracio per aliquos tutores vel curatores ad negocia datos gesta et administrata fuerit exercendo officium tutele vel cure vel aliud quodvis officium testamentarium, dativum vel naturale

suum consensum et volun-
tatem duorum curatorum.
Et hoc seruata solemni-
tate, videlicet causa expo-
sita legittima et probata
eorum domino et cum
presentia sui cu-
ratoris, et sententialiter
obtento, quod alienatio
fieri possit. Ceterum
datis curatoribus ad negotia
prodigis, furentecaptis, furio-
sis, dementibus et impfecte
ta constitutis, interdicantur
quorumlibet eorum stabi-
lia[1] et mobilia sententialiter
et cum consilio, et consiliaria
deliberatione interveniente.
Que quidem talis inter-
dictionis solemnitas publi-
cetur alta voce preconia
in plateis fienda et ante
domum habitationis eius, cuius
bona interdicta fuerint,
amonendo, significando
et prohibendo, quod nulla
persona valeat neque de-
beat cum illis personis cu-
jus bona interdicuntur et

aut legitimum, eorum jure nature
possit nec audeat facere aliquas quie-
taciones particulares vel generales
seu aliquas alias convenciones vel pacta
quomodocumque qualitercumque et
quandocumque facta, condicionalia
vel absoluta, quoniam jus integrum
illesum et immaculatum remaneat
libere et expedite, directe et indirecte
penes illum cujus bona administra-
ta fuerint, ad petendum et agen-
dum contra suum administratorem,
tutorem vel curatorem aut alium
legitimum administratorem ejus
heredes et bona pro racionibus ad-
ministracionum sibi reddendis cum
integra reddicionum consignatione,
nisi illas quietaciones, convenciones
vel pacta fecerit cum solempnitate
hac videlicet in Consilio coram
D. Capitaneo et consiliariis et cum
approbacione Deputatorum seu ma-
jorem partem ipsorum ad negocia
pupillorum et adultorum etc.
in terra Utini ibidem referencium
quod raciones administracionum de
quibus ibi debent fieri quietaciones
audiverint, viderint, examinaverint
et calculaverint et concludendo

1) Cod. Doppi: bona stabilia

emere, contrahere, obligationem recipere realem nec personalem, neque aliqualiter cum ea pacisci.[1] Et si tales procuratores habentes, atque hij proximum ut supra bona erunt interdicta, secus fecerint, in contrahendo vel aliquali modo alienando, talis contractus et alienatio penitus nullus et nulla censeatur. Et nichilominus per ipsos dominos Capitaneum et consilium omnes de predictorum bonis habentes quomodolibet ad eos pertinentis ad integram restitutionem ipsorum de plano et sine strepitu et figura judicij summarie compellantur. - -

1) Cod. Joppi: pacisca

Notarius vero scribens tales quieta-
tiones, seu conventiones vel pacta in pena
unius marche denariorum, quilibet
vero testis qui adfuerit predictis pena
XL. denariorum totiens exigendas quo-
tiens fuerit contrafactum; quarum
penarum tertia pars applicetur.
D. Capitaneo et reliquae duae partes
Communi Utini et ipsis penis solu-
tis vel non solutis tamen effectus
presentis ordinamenti in omnibus
et per omnia servetur et obtineatur.

[illegible]
ius bona interdicuntur [illegible]

1) Cod. Joppi: bona stabilia

54. De modo observando ad audiendas administrationum rationes et primo super inventariorum iustificatione.

Item statuerunt et ordinaverunt, quod predicti deputati seu duo ipsorum eorum* tenenantur et debeant omnes et singulas audire, videre, calculare et summare rationes administrationum quarumcunque in terra Utini gestarum et gerendarum quorumcunque tutorum, testamentorum[1] et dativorum, nec non curatorum ad negotia creatorum, semel et pluries calculando subtiliter et bene, cui actui reddendarum rationum predictarum ipsi deputati debeant convocare et presentes habere teneantur duos magis ydoneos et propinquos ex utroque

anno durante officio semel et infallibiliter sub pena dicti eis iniuncti sacramenti

1) Cod. Joppi: testamentariorum

cative, paterno et materno ~~ejus~~ eius, cuius
~~cujus~~ ratio administrationis
redditur, informatos de fac-
tis et negotijs ~~ejusdem~~ eiusdem, ~~qui~~ qui[2] ~~si~~ — 2) Cod. Zoppi: Qui si g
ex utroque latere haberi non
possent, saltem de his propin-
quis et affinibus ipsius cujus
fit ratio hujusmodi, habeantur,
vel saltem unus adsit. Si ve-
ro talis esset preditus ~~cujus~~ cuius
ratio fit, quod absolute care-
ret affinibus, tunc eo casu
predicti deputati secun-
dum eorum discretionem,
habita qua poterint infor-
matione, et qua eis visa
fuerit a circumvicinie[3] et — 3) Cod. Zoppi: a Circumuicinia
benevolis defuncti seu ~~vi-~~ uiuentis
~~ventis~~ eius ~~ejus~~ cuius ~~cujus~~ fit ratio,
procedere valeant usque
ad conclusionem ~~ejusdem~~ eiusdem
fiendam rationis. Hunc
autem modum tenendo in
dictis actibus audientie ra-
tionum nominatarum, scilicet:
Primo ipsumque inventa-
rium ~~videant~~ uideant et examinent,
si bona ~~cujus~~ cuius ratio agitur
omnia eiusdem stabilia

mobilia, iura, actiones, debi-
ta et credita ad plenum et
integre in se continent, vel
si in eo aliquis defectus omis-
sionis appareret. Si autem
aliquid de bonis predictis
omissum fuerit, si per ne-
gligentiam, antequam ad
ulteriora et ad actum dicte
rationis audiende ~~de~~ seriose
procedatur. predicti autem
deputati attendere debeant
effectualiter ad supple-
mentum seu ~~reductionem~~ reductionem
vel emendationem indi-
lateque fiendam ~~eius~~ eius quod
omissum constiterit. Si
autem per maliciam, si[4] frau-
dulenter omissum fuerit
de contingentibus que
veniebant in inventario
apponenda, et de qua quidem
malitia vel fraude commis-
sis, si dubium aliquod ver-
teretur, utrum commissi
fuerint vel non, dictorum
deputatorum seu duorum
ex eis stetur indifferenter
relationi, sine aliqua alia

[4] (od. doppi: sive

probatione fienda; quo casu
idem talis fraudem vel mali-
tiam aut dolum commisisse
repertus, puniatur per predic-
tos dominos Capitaneum et
consilium secundum delicti
commissi exigentiam. Cuius
punitionis pene tertia pars
domino Capitaneo et residuum
dictis deputatis veniant appli-
cande. Et nichilominus per eos-
dem ad restitutionem seu
emendationem ut supra re-
perte ~~e~~ ommissionis ~~te~~
committens huiusmodi
cogatur indilate. Quo qui-
dem inventario iustificato
aut pro ipsius substantie
puritate propter ~~deffec~~ deffectum
~~tum~~ ignorantie vel doli
supplementum predicto-
rum,[5] ~~...~~ tunc ad ulteriora
in dicte rationis audientie ordine, ni fue-
rit proxime declaratio in-
stanter procedatur. —

5) Di questo periodo ~~scorretto~~ il Cod. Zuppi
offre una variante, anch'essa scorretta:
„ quo quidem inventario iustificato aut
„ per ipsius substantie puritatem, vel per defectum,
~~ignoran audientie~~ ignorantie vel
doli supplementum illo predictorum,
tunc ad ulteriora etc.

54) De compellendis tutoribus et negotiorum curatoribus renuentibus earum administrationum reddere rationes. —

Item constituerunt et ordinauerunt, quod quorumque tutores et negotiorum gestorum[1] administrationes[2] ut supra recusantes ad requisitionem ipsorum deputatorum vel duorum ex eis ipsis, coram eis uenire[3] et eorum gestionum reddere rationes bonorum, quorum tutelas et curas gesserint, Predicti deputati seu duo ipsorum possint et teneantur eorum debito sacramento compellere, eis mandando vel per preconem mandari faciendo, primo sub pena XX soldorum, Secundo XL denariorum, Tertio dimidie

1) Cod. Doppi: gestores
2) Cod. Dopp: administratores
3) Cod. Dopp: „et coram eis uenire et“

marche et quarto unius mar-
che, quatenus reddere de-
beant rationes predictis;
quo casu stetur de man-
datis predictis, si fuerint
facta per preconem, eius
relationi, et si fuerint fac-
ta per predictos deputatos,
ipsis ex tunc [4] attribuendo
plenam facultatem, commit-
tetur simplici verbo.
Tuncque prefatus domi-
nus Capitaneus ad requi-
sitionem predictorum de-
putatorum vel alterius
sive alicuius ipsorum
sua benignitate imme-
diate nuncium assignan-
do eum sua forma de-
beat facere et fieri face-
re executionem contra
talem inobedientem pro
penis mandatorum
eidem ut supra fac-
torum, in quas incurre-
rit, et nulla penitus ip-
sius sic inobedientis de-
fensio nec excusatio per
dominum admittatur nisi

4) Cod. Joppi: ex nunc

per predictos deputatos uel
duos ipsorum ex aliquo iusto
impedimento vel apparenti
excusaretur. Si vero talis
inobediens et rationem red-
dere recusans in huiusmodi
perseuerauerit pertinatia, pri-
mo et antequam adulterio-
ra contra eum procedatur,
exigantur pene preceptorum
sibi factorum usque ad
summam unius marche,
deinde solutis dictis penis,
de nouo eidem recusanti
et inobedienti fiant simi-
lia precepta sub similibus
penis, et sicut[5] mandata
reiteranda et penas ipsas
exigendo, dum ascenderint
ad summam decem mar-
charum, procedatur inces-
santer contra eum sic ino-
bedientem donec in dicta
inobedientia et recusatio-
nis perseuerauerit duritie.
Demum si bona eius non
inueniantur ad faciendam
predictorum executionem,
capiatur per dominium

5) Cod. oppi: sic

in persona predictus inobe-
diens et detineatur in car-
ceribus, donec per domi-
nos Capitaneum et con-
silium dicte terre Utini
aliter contra eum provi-
sum fuerit.——————

58 De receptorum per administratorem rationem sue gestionis reddentem iustificatione.

Item statuerunt et ordinaverunt, quod subsequenter quidam predicti deputati videant et prospicaciter[1] examinent, dis-cutiant et rimentur (ruminent?)[2] omnia eis ostensa et producta per admini-stratorem rationem redden-tem recepta bonorum eius cuius administratio facta fuerit predicta. Quod si autem invenerint in dictis receptis aliquem apparentem deffectum quomodolibet pro-cessum ut supra, si per ma-litiam vel dolum processerit ex parte dicti administran-tis, fiat in eo eadem punitio ut supra premittitur. Si vero per ignorantiam, negli-

1) Cod. doppi: perspicaciter

2) Cod. doppi riment

gentiam vel errorem contingerint (sic)[3] aliquis defectus, tunc predictus emendetur[4] et suppleatur per eundem administratorem defectus de plano et sine aliqua interveniente punitione, de quibus omnibus statur declarando relationem ut supra. Quibus quidem receptis iustificatis ut supra premittitur, deinde procedatur ad expensarum audientiam, vigore namque expensarum capitulo servetur similis modus et ordo ut supra dictum est de inventario et receptis. Ceterum tunc auditis iustificatis, calculatis et conclusive reductis ad veras summas omnibus bonis in inventario contentis et inclusis, suppletis bonis si casus omissionis affuerit atque receptis et expensis, tunc scontentur de ipsorum summis et calculis computatis ad cla-

3) Cod. Zoppi: contingerit

4) Cod. Zoppi: amendetur

una reduceatur ultimo loco,
~~[illegible]~~ administrans habe-
at restauerit ex predicta
administratione vel is ~~cujus~~ cuius
bona administrata fuerint
a suo administratore ratio-
nem reddente predicta ha-
bere restaurarit, et in utro-
que casu quantitatem
exprimendo expresse et
etiam declarentur in spe-
cie debita et credita ~~eius~~ eius-
dem ~~cujus~~ cuius bona admini-
strantur, ac quibus et
quod habere debet, et si-
militer quibus et in quo
alijs tenetur. Insuper te-
neantur et debeant pre-
dicti deputati omnia et
singula bona que in ~~[illegible]~~ eius-
dem ~~[illegible]~~ substantia bonorum red-
dite rationis ~~[illegible]~~ inesse in-
venerint, de quibus perpen-
derint ~~ac~~ ac considerave-
rint, que servando servare[5]
non possunt hortare et
administratori seu admi-
nistratoribus, qui rationem
reddiderint ut supra, expresse

+

5) Cod. Zoppi : Seruari

imponere, quod ea' con-
gruis temporibus utiliter
distrahere non postponant,
aliquin perirent, perien-
loque ipsorum.[5]

5) + Si veda nell'appendice N° la delibe-
razione sull'amministrazione
dei beni dei pupilli. degli anni
1379-80.

52 ~~54~~ De fine et absolutione fiendis in consilio per camerarium comunis administratoribus administrationum suarum redditis rationibus, quarum relatio per deputatos ibidem facta fuerit.

Item statuerunt et ordinaverunt ad hoc ut ~~[illegible]~~ inutiliter liter non sit laboratum per ipsos deputatos ad dictarum rationum ad audientiam,[1] Quod ipsi deputati vel saltem duo ipsorum ex debito ipsorum sacramento, auditis, visis examinatis, calculatis et conclusive saldatis rationibus administrationum et servatis solemnitatibus in ordinamentis precedentibus predeclaratis, de quarum observatione liberaliter relationi dictorum

1) Cod. Zoppi: ad dictarum rationum audientiam.

deputatorum statui, te-
neantur et debeant in
consilio referre summas
inventariorum, receptorum
et expensarum, exactio-
num et debitorum et ge-
neraliter omnium quorum
audiverint administratio-
num rationes ad eos
spectantium et pertinen-
tium, et in scriptis redu-
cta et notata dili-
genter ibidem producere
atque restum finale et
conclusum[2)] obligans vel
reddentem rationem vel
illum cuius reddita fue-
rit ratio, debendum restum
predictum si quod fuerit,
ipsi reddenti rationem
vel alijs creditoribus; et
hec omnia sic notata
illico prothonotario co-
munis tradere debeant, ut
illa valeat super quater-
no et in arbitrio in his
deputato apud comune
seriose et clare notare.-
Que quidem per ipsos depu-

2) Cod. Toppi: conclusiuum

tatos, relatione facta et pre-
dictis productis et inscriptis
traditis, ut supra; tunc so-
lemni interveniente delibera-
tione dictorum dominorum
Capitanei et consilij, consi-
liaria laudante, approbante
et ratificante dicta relatio-
ne et omnibus in ea con-
tentis, Cui relationi ~~[illegible]~~
totaliter stari ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~
debet. Camerarius dicte
felicis communitatis ~~Vtini~~,
qui pro tempore fuerit
ibidem, statim et impresenti
~~senti~~ cum voluntate, jus-
su et mandato predicto-
rum dominorum Capi-
tanei consilij expresse
~~expresse~~ eisdem consen-
tientium, volentium, ju-
bentium et mandantium
teneatur et debeat ut su-
pra laudando et ~~justi~~ rati-
ficando rationem reddi-
tam per administratorem
cuius ~~cujus~~ ipsi deputati rela-
tionem fecerint, finem re-
missionem, absolutionem

deliberationem et partium de ulte-
rius non petendo facere eidem
administratori, qui rela~~tiven~~tam
per dictos deputatos rationem
reddiderit; tene~~atque~~atur ipse Ca-
merarius de mandato et su-
pra eundem administratorem
sive fuerit tutor sive cura-
tor ~~ad negotia~~ ad negotia
creatus ~~vel~~ alio quovis offi-
cio negotiorum ~~gus~~ gestorum,
~~ipsius~~ eius heredes et bona et ip-
sius bonorum possessores
abso~~luta~~luere et totaliter libera-
re de omnibus et singulis
per ipsum administratorem
gestis et administratis pro
et de toto tempore prete-
rito usque ad diem con-
clusionis dicte reddite ra-
tionis, prout ipsi deputati
in ipsa eorum declarave-
rint relatione ~~(a)~~ (1).

~~(v. appendice)~~

~~(1) Vedi App. ... ove si unisce~~

~~(1) Il cod. B, c. 184 contiene una rubrica dell'amministrazione de' beni de' pupilli redatta ... 1379 ... tore d'Arne Aggolino de' Gubertini (1379-80) che si unisce nell'Appendice V.~~

(1). V App. II.

58 De prohibitione et exclusione
factis de volentibus agere con-
tra illos, qui dum reddide-
runt rationem administratio-
nis, et absolutionem a commu-
ni in consilio obtinuerunt.
Item statuerunt et ordina-
verunt, ne tantum officium tantum
~~tam~~ importans laboriosam
et utilem solemnitatem, vi-
deatur derisorium, inutile
et defectum[1] non ~~importare~~ importare de-
bitum et laudabile, Quod
de cetero huiusmodi tales
fines et absolutiones fac-
te quibuscumque admini-
stratoribus ut supra in
proxime precedenti ordi-
namento declaratum est,
valeant et teneantur, pro-
sint et firme sint perpe-
tuo, et absolvant eundem
administratorem ~~ejus~~ eius here-

1) Cod. Foppi: effectum

des et bona et bonorum
suorum possessores totali-
ter ab omni administra-
tione et gestione praeteri-
tis, de qua ut supra fue-
rit facta relatio per ipsos
deputatos. Et quod idem
administrator, sive fuerit
tutor sive curator, sive
quovis alio officii titulo
de conditione persona-
rum in super dictis ordina-
mentis declaratarum, ad-
ministrator non possit
inquietari, laedi ~~et~~ nec mole-
stari, neque in causam
trahi per ipsum, ~~cujus~~ cuius
bona administraverit et
absolutionem obtinuerit
ut supra, heredes ~~ejus~~ eius
vel per aliquam interpo-
sitam personam ~~ejus~~ eius vel
eorum nomine agentem,
nec per bonorum ipso-
rum possessores vel cau-
sam habentes ab eo vel
ab eis heredibus aut bo-
norum eorumdem posses-
soribus. Et si secus fieret

scilicet, convenienda eundem administratorem vel eius heredes vel bonorum suorum possessores et ad iudicium citarentur, in causam trahenda pro ipsa ratione iterato reddenda, de qua absolutionem obtinuerit ut supra, vel pro aliquibus in ipsa ratione reddita conclusis, Voluerunt et statuerunt predicti domini Capitaneus et consilium, quod actor quisquis[2] fuerit, contrafaciens predictis in huiusmodi ordinamentis declaratis, non audiatur neque ad agendum admittatur in iudicio vel extra. Et nihilominus solvat pene nomine nomine pro qualibet citatione quam facere presumpserit, duas marchas denariorum aquilegensium, videlicet medium domino Capitaneo[3] et medium deputatis pre-

2) Cod. Zoppi: quisquis

3) Cod. Zoppi: videlicet mediam domino capitaneo et mediam deputatis

dictis, et etiam marchasin-
rio ad petitionem ip-
sius actoris pro predictis
vel aliquo predictorum
evidenter citato. Hec
autem pena exiga-
tur toties quoties con-
trafactum fuerit, divi-
denda ut supra. Et hoc
quidem ordinamen-
tum voluerunt non so-
lum se extendere ad
futuros administrato-
res absolvendos, quo-
rum ut supra audita
fuerit eorum admini-
strationis ratio, sed
etiam ad preteritos ad-
ministratores habentes
finem et absolutionem
a chamerario communis
XLini sive consilio factas,
ordine in ordinamento
declarato ut supra ser-
vato, scripturas dum-
taxat manu notarij
communis et non alio-
rum notariorum et no-
tatas in quaternis communis

super his deputato; hoc tamen ~~salvo~~ salvo et excepptato, quod ~~Dnus~~ si agentes contra administratores, heredes eorum vel bonorum ipsorum possessores agere valent[4] ~~vellent~~ de dolo, ~~fraude~~ fraude vel falsitate commissa vel commissis per administratorem sui absolutum in consilio et finem et remissionem habentem, vel de aliquo evidenti errore quovis casu et quolibet modo processu, ad has actiones prosequendas actor quicunque admittatur dummodo eas proponat in iudicio consilio[5] coram dictis dominis Capitaneo et consiliariis, et non alibi, ~~quo~~ quorum diffinitioni indifferenter et determinationi finali per eos fiendis in predictis stare teneatur. —

4) Cod. Soppi: vellent

5) Cod. Soppi: eas proponat in Consilio coram ss

59 De pena infringenda illis
qui inventarium non fe=
cerunt bonorum quorum
administrationem gesserunt
Item statuerunt et ordina=
verunt conformantes se
constitutioni generalis col= (1) Rubr. 122 cod. Marc.
legij ... quod quicumque tutor
testamentarius vel ~~datiuus~~ datiuus datiuus
seu negotiorum curator in=
ventarium generale continens
in se generaliter[1] omnia ~~bona~~ [1] Cod. Joppi: integraliter.
bona ipsius vel ipsorum quo=
rum gesserit administratio=
nem, non fecerit infra XXX ~~trigin=~~
~~ta~~ dies connumerandos inclusive
a die suscepti vel ~~pass~~ uires (?) reci= ?
pientis officij tutele testa=
mentarie vel datiue, aut nego=
tiorum cure, solemnitate in (sic!)
constitutione contenta dictan=
te servata, perjurius idem + ?
non faciens et facere debens

inventarium huiusmodi
~~[illegible]~~ publice et notorie
habeatur et reputetur, nec
in iudicio pro suis factis
propriis ad agendum ad-
mittatur, donec in consilio
de huiusmodi fallo pur-
gatus fuerit. Et ultra hoc
de bonis omnibus stabili-
bus et mobilibus relatio-
ni dictorum deputatorum,
precedente diligenti in-
quisitione fienda per ip-
sos, entibus in possessio-
ne eius cuius ~~eius cuius~~ sine inventa-
rio administratio facta
fuerit, totaliter stetur,
atque de omnibus ~~eius~~ eius-
dem debitis, exactionibus,
iuribus et actionibus qui-
buscumque. Atque[2] omnia
dicta per ipsos deputatos
relata ipse tutor seu
negotiorum curator ad-
ministrare sine inventa-
rio confecto, integraliter ~~[illegible]~~
teneatur ad restitutionem
et deficientium emenda-
tionem, ~~[illegible]~~ faciendas ipsius

[2] Cod. Joppi: Ad que omnia

~~cod. Joppi: et deficientium emendationem faciendas~~

cujus bona et administraverit sine inventario, juxta ipsorum dominorum Capitanei et Consilii et dictorum deputatorum de valore deficientium extimationem. Preterea expense quas[3] idem administrator ostenderit se fecisse in ejus reddenda administrationis ratione, non admittantur nec computentur.

3) Cod. Zoppi: expende quas idem &c.

em

60 De privatione officiorum tu-
telarum ad negotia curato-
rum et de fide danda depu-
tatis et [1] defectus criminan-
tibus predictos. — —

Item statuerunt et ordina-
verunt, Quod si predicti depu-
tati tam ex informatione
quam habuerint propter
actum audite rationis, quam
alio quocunque modo, ingui-
sita et habita per eos vel
ipsorum duos plena veri-
tate, dummodo ipsis vel
maiori parte ipsorum se-
cundum ipsorum oppinio-
nes clare [2] constet, quo casu
omni alia probatione ces-
sante, ipsorum stetur to-
taliter relationi, invenerint
seu habuerint aliquem tu-
torem seu tutores, curato-
rem negotiorum seu curato-

1) Cod. Joppi: de defectus

2) Cod. Joppi: clare

res suspectos, negligentes,
insufficientes, impotentes,
inydoneos seu ~~non~~ sol-
uendo[3] et realiter non se-
curos ad rationes admi-
nistrationum tutelarum
seu curariarum redden-
das, ~~de~~ scilicet illarum perso-
narum: pupillorum ado-
lescentium, dementium,
furiosorum, in decrepita
constitutorum vel prodi-
gorum ~~seu~~ aliorum mi-
serabilium, quorum of-
ficia in administrando
eorum bona gesserunt.
Facta autem relatione
per predictos deputatos vel
duos ipsorum contra per-
sonas tutorum vel cura-
torum, quod dicta ~~vitia~~ uicia
vel deffectus seu aliquod
ex eis ipsos apprehendat (sic!),
seu deinigrentur, dicti
tutores vel curatores sic
deprehensi statim et per
sententiam coram domi-
nis Capitaneo et consi-
lio et non alibi senten-

3) Cod. Zoppi: seu non esse soluendo

tialiter et deliberaliter re-
moueantur a tutelis et cu-
ris, quorum officia exer-
cerunt. Et nihilominus
cum eorum bonis, et si bo-
na ipsorum deficerent, in
personis compellantur red-
dere rationem administrationis
[illegible] per ipsos remotos ge-
stae, cum integra residuo-
rum traditione facienda
illis personis, quarum tu-
tores vel curatores fuerunt.

61. De extraneis ad officia tutelarum et curariarum deputandis, affinibus personarum indigentiarum (sic!) tutela vel cura non inventis. —

Item statuerunt et ordinaverunt, Quod predicti tres deputati seu duo ipsorum, eorum debito sacramento, scrutinio facto per eos diligenti de parentela earundem, quibus de tutore et curatore est necessarium providere, in Consilio coram eisdem dominis Capitaneo et consiliarijs facere relationem, nominando in speciali personas de linea agnatorum, cognatorum, # et ipsis defficientibus, de linea cognatorum,[1] quibus etiam non

#

1) Cod. Joppi: personas de linea agnatorum, et ipsis deficientibus de linea cognatorum.

inventis, tunc eo casu occurrente de extraneis nominare personis sufficientibus debeant et teneantur. Quas quidem nominandas personas et ipsos deputatos in officijs exercendis tutelarum, curariarum[2] necessaria provisione ipsorum carentium, deputare debeant. Et per ipsos dominos Capitaneum et consilium ipse persone nominate: primo de agnatis, secundo de cognatis sine salario, tertio de extraneis cum debiti provisione salarij secundum taxationem predictorum dominorum Capitanei et consilij, compelli debeant ad suscipiendum tutelas seu curas illarum personarum per predictos deputatos nominatarum, carentium tutore vel curatore, iuxta facti exigentiam.

[2] Cod. Doppi: tutellarum et curariarum

Si autem dicte persone nomina
te promovende ad dicta offi-
cia aliquâ jusla (justa) et legiti
ma causa, sufficienter in
ipso consilio excusarentur, tunc
predicti deputati, de novo
facto per nos scrutinio de
novoque, alias personas no-
minare teneantur, eorum
mandante officio, et sic reï
terando facere teneantur,
donec predictis personis indi-
gentibus tutore vel curatore
de ipsis vel altero ipsorum
ut supra, secundum facti
exigentiam, extiterit provi-
sum. Et pene quas tulerint
in recusantes, dividantur, et
perveniant ut supra extra
neo deputato ad dicta offi
cia vel aliquod, de salario 3] Cod. Doppi: vel aliquid ex eis. de salario
convenienti providendo juxta
taxationem dictorum domi
norum Capitanei, Consilij
et deputatorum.

62 De auxilio, remedio et favore dandis infrahenda dolositates, deceptiones et fraudes datas impotentibus et miserabilibus personis.

Item statuerunt et ordinaverunt: Quod predicti deputati sollicita curaque dilligenti intendere debeant bona fide eorum proposse, et debito officij quo astringuntur sacramento, amore et timore post positis ad investigandum experiendum et sciendum (Sciendum) si qui (que) fraudes, doli, deceptiones, subtractiones, corruptiones seu alia nequitie sive dolose data, facta, tractata et imposita, seu quomodolibet perpetrata sunt per quasvis personas aliquibus pupillis, puberibus, ado-

lescentibus, dementibus, mentecaptis, furiosis, mutis, surdis, in decrepita constitutis, prodigis et generaliter quibuscunque alijs miserabilibus personis deffectum aliquem patientibus in persona vel sensu, que defectuose persone aliено indigent consilio et favore, et cum illam, illas et illa sciverint et ad eorum claram notitiam pervenerint, ostendere statim debeant, et tenentur publicare, denunciare et demonstrare eisdem dominis Capitaneo et consilio et constanter solliciteque supplicare et instare quasi incessanter, donec provisum fuerit super eis, quod omnia revocentur dolose perpetrata, sequisitaque per eos, et ad statum ipsorum revocantur[1] pristinum, et lesa persona realiter vel personaliter, omni qua poterint

[1] Cod. Joppi: reducantur

meliori conditione et reme-
dio dandis, operabuntur, quod
~~[illegible]~~ per ipsos dominos Ca-
pitaneum et consilium be-
nigne subvenientes indemp-
nabiliter conservetur. —

63 De solemnitate adhibenda
in bonorum stabilium alie-
nationibus illorum, quibus
prohibitum est absque hac
solemnitate alienare. —
Item statuerunt et ordina-
verunt, Quod in casibus con-
tingentibus et occurrentibus,
ubi de necessitate, tum
propter onera debitorum
constanter apparentium,
tum propter casum victus
et vestitus emergentem,
vel alia quavis causa le-
gitima paupertatis ur-
gente fieri opportent de
bonis stabilibus eius, cuius
jus tutelae vel cure offi-
cium geritur, vel cujuscum-
que alterius personae cuius (sic! cui?)
jus de jure, consuetudine
statuto vel constitutione ge-
nerali colloquij bonorum sta-

bilium prohibita est aliena-
tio, non conceditur¹) nisi
mediantibus et observatis
solemnitatibus inferius de-
claratis, Hic servetur mo-
dus. Nam primo compa-
reant alienare volentes co-
ram domino Capitaneo in
iudicio et causam eos co-
gentem facere alienatio-
nem ~~dare~~ dare (clare et expresse
proponant. Et ibidem
dicta causa exposita, tunc
sententialiter committa-
tur per eundem dominum
Capitaneum predictis de-
putatis, quatenus sub
debito eorum officii sa-
cramento exequantur
~~prius~~ que in huiusmodi ca-
su dictat eorum offi-
cium. Super quibus cir-
ca huius facti materia
quidem tria principali-
ter per ipsos deputatos
veniunt videnda, discu-
tienda bene et profun-
de inquirenda. Primo scilicet,
si talis alienatio que pe-

¹) Cod. Zoppi: et non conceditur

tum fieri requirentibus causis legittimis eisdem deputatis, clare constanti-bus, est adeo necessaria, quod sine ea quasi vix ~~xxx~~ fieri possit. Secundo quod res que alienari debet, sit primus dampnum ~~ejus~~ eius ~~cujus~~ cuius fuerit ipsa res, sive sit pupillus, adolescens, demens, mentecaptus, prodi-gus, furiosus, surdus, ~~mut~~ mutus ac in decrepita consti-tutus ~~vel~~ patiens dilucida intervalla. Tertio quod res ipsa ~~que~~ que alienari debet, vendatur et detur ~~pr~~ pro iusto et convenienti pretio. Et tunc per predictos deputa-tos huiusmodi precedenti-bus commissione, informa-tione et inquisitione, fiat re-latio die veneris, coram dicto domino Capitaneo in consilio et non alibi. Et si predicti tres depu-tati ~~vel~~ duo ipsorum re-tulerint concordanter, tria premissa sint vera,[2] ut su=

2) Cod. Doppi: quod premissa tria sint vera ss

perius declaratum est, tunc ibidem cum laudo et sententia et consiliaria deliberatione approbantibus dictam relationem, concedatur et fiat sine aliquo intervallo alienatio fieri petita; sub illo titulo, videlicet prout ipsi contrahentes simul convenerint, mentionem in ipso instrumento per notarios consilij ipsam scribentes faciendo specialem, de relatione et concessione predictis factis cum premissis laudo, sententia et deliberatione. —

64. De salario ipsis deputatis debendo et prohibitione scribendi dicta acta per alios quam communis notarios

~~1) Cod. Sopp. communis notarium~~

Item quia optat premium quisque labor et etiam ut aliqualis oriatur inductiva ad laboris dispositionem, statuerunt et ordinaverunt, quod cuilibet ipsorum trium deputatorum pro qualibet quam fecerint et audiverint administrationis rationem et ~~eandem~~ eandem in consilio retulerint, et de ipsis ut dictum est subsequatur absolutio liberans de inclusis in ea administratorem predictum qui suam reddiderit rationem, provideatur de uno floreno 1) eisdem deputatis solvendum et dandum per dictum administratorem

1) Cod. Sopp.: de uno floreno pro singulis (sic!)

de bonis ~~ejus cujus~~ eius cuius gerit
administrationem. In il-
lis autem administrationi-
bus que ~~fuerunt~~ fuerint modici
valoris, predicti deputati
~~hujus~~ huiusmodi eorum sala-
rium secundum eorum bo-
nas conscientias ab uno flo-
reno infra pro quolibet
debendo, ut supra miti-
gando, sibi taxare valeant,
respectum habentes ad eorundem
~~[illegible] [illegible]~~ faculta-
tes. Ceterum ~~que~~ quia de om-
nibus et singulis actibus
in universis ordinamen-
tis precedentibus conten-
tis super hac materia
editis apud communem et
~~ejus~~ eius cameram ~~cameraliam~~, ~~sive~~ scilicet
in cancellaria et archi-
vio dicte proprie co-
munitatis sunt quater-
ni specialiter deputati,
in quibus predicta om-
nia debent scribi et
notari, perpetuam[2] et
expressam seriatimque
rei memoriam, et ne

2) Cod. Topp.: ad perpetuam

ipsi vel eorum successo-
res quos presens tangit
negotium, et quorum ad-
ministrationes et guberna-
tiones geruntur, qui ipso
iure naturaliter debent
esse ignorantes de factis
suis, et quibus utiliter et
evidentissime per predic-
tam veritatem memoriam
subvenitur, omni remu-
latione notariorum ces-
sante, et de ipsis prompta
habeatur notitia, et igno-
rantiam extinguendo indem-
nabiliter conserventur, pre-
dicti domini Capitaneus
et consilium ut supra,
statuerunt et ordinaverunt
quod de cetero protono-
tarius et alij duo conscribe
et notarij cum eo communi-
tatis antedicte qui pro tem-
pore fuerint exercentes
dicta officia, debeant et
teneantur dicti eorum of-
ficij sacramento scribere
distincte in quaternis co-
munis ad hec deputatis

et diligenter notare dicto-
rum officialium electio-
nes in quinterijs et de-
carijs personarum defec-
tus significantium, depu-
tationes, tutellas et nego-
tiorum curas, bonorum
interdictiones, earum pu-
blicationes, administrato-
rum redditas rationes,
inventariorum, recepto-
rum et expensarum ju-
stificationes, per deputa-
tos administratoribus
fiendas monitiones et
impositiones, earum red-
dendarum rationum, fi-
nes et absolutiones per
termine faciendas, rela-
tiones earundem per pre-
dictos relatas, et agere vo-
lentibus contra absolutos
predictos prohibitiones
exclusivas, condemna-
tiones fiendas contra
eos, illorum qui inventa-
rium non fecerint, priva-
tiones tutellarum et cura-
riarum, creationes tuto-

rum et curatorum, dolosi-
tatum et deceptionum re-
tractiones, in alienationi-
bus bonorum stabilium adhi-
bendas solemnitates, venditio-
nes et alienationes quascun-
que, et generaliter omnia
alia et singula in predic-
tis pro predictis et circa
predicta pertinentia, emer-
gentia, consequentia, con-
nexa et quomodolibet
dependentia. ~~Et~~ Et si ali-
qua ex predictis, et spe-
cialiter tutele, cure, abso-
lutiones administrationum,
relationes deputatorum, et
bonorum stabilium aliena-
tiones, et solemnitates que
circa ea requiruntur, et
bonorum interdictiones, al-
terius manu notarij quam
manu predictorum trium
notariorum communis vel
alicujus ipsorum appare-
rent, ille seu illa totaliter
reiciantur et in iudicio nec
extra admittantur, perin-
de ac si nunquam facta

fuissent. Et presens ordinamentum quantum circa fines et remissiones administrationum redditarum de quibus facte fuerint relationes in ipso consilio per deputatos preteritos, non solum se extendat ad futura sed etiam ad preterita facta vel occursa a tempore editarum constitutionum generalis colloquij citra. Sed hoc ordinamentum in omnibus futuris generaliter supradictis totaliter se extendat an(3). Preterea voluerunt et statuerunt quod predicti notarij Comunis pro instrumentis que fecerint et publicaverint ad dictam materiam ut supra pertinentia, pro eorum salario recipere teneantur secundum taxationem in constitutione generalis colloquij contentam, et ultra

3) Cod. Toppi: extendat

eam aliquid haberi non
ualeant. ———

[redacted]

65 Quod maior ~~major~~ frater non pos-
sit alienare de bonis sta-
bilibus in preiudicium
minorum, constitutio ge-
neralis colloquij ——

Item ordinatum fuit et
firmatum in generali col-
loquio, quod maior ~~major~~ frater
siue administrator do-
mus in dampnum et pre-
iudicium minorum fra-
trum non possit uendere,
donare, impignerare uel
modo aliquo alienare bona
sua seu de bonis stabili-
bus et possessionibus communibus.
~~[illegible]~~. Sed si pro euiden-
ti utilitate et urgente ne-
cessitate ipsum oportue-
rit de bonis communibus
ipsorum impignorare, uen-
dere uel alienare, hoc fa-
cere debeat pro laudo, sen-

tertia, auctoritate et decre-
to dominij, inter nobiles;
sed inter burgenses et alios
inferiores auctoritate do-
minij seu rectoris terra-
rum in quibus habitant.
Si vero aliter ~~major~~ maior fra-
ter faceret, hoc in suum
praeiudicium sed non in
damnum et praeiudicium
pupillorum minorum
redundet. De bonis au-
tem mobilibus et ficti-
bus communibus frater
~~major~~ maior possit admini-
strare et facere bona fi-
de pro necessitate et
utilitate ipsorum fratrum
et domus eorum. Sed
si videbitur fratribus
minoribus sive eorum fi-
dei~~commissarijs~~ et ami-
cis, quod frater ~~major~~ maior
seu administrator do-
mus minus bene admi-
nistraret et utiliter ge-
rat negotia et res et bona
ipsorum mobilia commu-
nia, facta denuntiatione

domini Capitanei sive ipsorum dominis, compellatur maior dare seu assignare minori seu minoribus suis fratribus seu nepotibus partem eos contingentem de bonis comunibus, ~~Ita~~ ita quod de cetero frater ~~maior~~ maior sive administrator domus ~~nihil~~ nichil possit facere in dampnum vel preiudicium aliorum.—

(1422, ~~27~~ 29 Sept. In Arengo ~~Civ. Utini~~; Ann 33.3)
~~(Ann. XXIII, 3.)~~

A. 1762 ~~fo. 6 id~~

~~Ann. 2. Ann. XXIII 3.~~

~~(1) Ann. XXIII. 3.~~

66. De auctoritate camerarij Communis Utinj in expendendo pro utilitate ~~eiusdem~~ eiusdem communis sine aliqua deliberatione. [1]

Statutum fuit ordinatum et reformatum, quod quilibet camerarius Communis Utini ex auctoritate sui officij pro evidenti necessitate et utilitate communitatis ~~eiusdem~~ eiusdem terre sine aliqua deliberatione ~~cuiuscumque~~ cuiuscunque regiminis ipsius terre possit et valeat expendere quotiens cumque casus talis necessitatis et utilitatis evidentis emerserit, usque ad summam unius marche denariorum, in hoc conscientia sua onerata remanente, cum consensu tamen unius ex procuratoribus communis et cum

~~eius~~ eius consilio. ~~Abinde~~ Abinde vero supra expensam de bonis dicti communis absque deliberatione consilij vel deputatorum ad regimen ipsius terre nullatenus facere audeat. Et si in hoc contrafactum fuerit, totum expensum cedat in damnum ipsius camerarij, ita quod nullam a communitate refectionem consequatur, sed potius talis expensa a calculatoribus communis reiciatur.(1)

(1). Nel Cod. A1. questa e le due rubriche seguenti sono comprese ~~[illegible]~~ in questa: (c 68) ~~De Camerariis et eorum officio.~~ in una rubrica sola, intestata: De Camerarijs et eorum officio

Statutum fuit, ordinatum et firmatum ad publicam utilitatem et conservationem rei publice quod nemo Camerarius ~~Communis~~ Comunis Utini qui erit per tempora audeat expendere denarios ~~aut~~ vel distribuere de bonis ipsius ~~Communis~~ Comunis absque presentia Procuratorum ~~aut~~ vel saltem unius ipsorum, et quem expendere ipsum contigerit de die in diem scribi facere teneatur per aliquem Notariorum Communis in quaterno suo et in uno quaterno ipsorum Procuratorum antequam expendenda expendat: quod si contrafactum fuerit illud expensum cedat in damnum dicti Camerarij, et Commune non teneatur sibi aliqualiter illud reficere ~~aut~~ vel emmendare. Item quod singulo mense de receptis et expensis rationem facere teneatur illis qui ad hec per tempora fuerint deputati:

~~Et~~ Set si tempore rationis reddende reperi-
retur dictum Camerarium errasse in
non faciendo scribi aliquas expensas, si-
militer in suum convertatur detrimen-
tum, nec in sequenti aliqua ratione illud
expensum apponere valeat quoquo modo.
Preterea quod predicti taliter eligendi ad
huiusmodi rationes audiendas teneantur
ad expensas Communis habere unum
quaternum apud se, in quo predictas
rationes conscribi per ipsos Notarios fa-
cere teneantur.

(67. 1422. 19. Sept. In arengo Ann. 33.3)

~~1422 ...~~ (~~...~~)

A 76 e 86 id

Quando et quotiens in anno camerarius teneatur reddere rationem sue administrationis et determinatio salarij calculatorum et cancellarij.

Quia crebra racies ambiguitatem removet et consequenter caritatem conservat, hinc est quod pro tollendo ambiguitates quas nasci consuetum erat circa redditionem rationum communis scilicet camerariorum comunitatis terre Utini que in longum nimium trahebatur, statutum ordinatum et reformatum fuit, quod quilibet camerarius dicte communitatis singulis sex mensibus anni sui officij debeat rationem sue camerarie administrationis tam introytuum quam expensarum ostendisse calcula-

toribus rationem communita
tis qui fuerint electi sub
sua cameraria. Et si defe
cerit erit pro ipso came
raria in non ostendendo
dictam rationem tempore
debito, incurrat poenam
XXV librarum soldorum,
et nihilominus tunc compel
latur per consilium ad
reddendam rationem tem
pore suprascripto.(1) Sub ma
ioribus poenis per ipsum
consilium terminandum (sic!)
et imponendis, salvo semper legiptimo
~~legittimo~~ impedimento
per ipsum consilium
approbando. Et ad hoc
ut calculatores sint solli
citi ad audiendum dictas
rationes, statutum fuit
quod quilibet ipsorum
calculatorum pro qualibet
vice dictorum temporum
pro singula ratione habe
re debeant unum duca
tum a communitate,(2) et
cancellarius si pro eo defe
cerit aliquo ipsorum salvo

(1) Cod. A c. 76. et quolibet ipsorum duorum temporum sub maioribus etc.

2) ~~et in~~ Cod. Joppi: et Cancellarius medium ducatum, et si pro aliquo ipsorum defecerit salvo legitimo impedimento ut supra, solvere debeat. Cod. A c. 76: et cancellarius unum ducatum ~~(...) et cancellarius unum (...) et si pro aliquo~~ et si pro aliquo ipsorum ~~defecerit salvo legitimo~~ etc.

legiptimo
~~legiptimo~~ impedimento et su-
pra solvere debeat commune
duos ducatos, et cancellarius
si pro eo deffecerit, medium
ducatum omnimodo exigen-
dum. ~~[illegible]~~ Et insuper statutum
fuit et ordinatum, quod
domini septem deputati
teneantur durante eorum of-
ficio fecisse fieri rationem
ipsius camerarij de sua
administratione sub pena
trium ducatorum pro sin-
gulo ipsorum, et nichilominus ~~nichilominus~~
non possint exire de ipsorum
officio nisi reddita et facta
ratione per ipsum came-
rarium, salvo legittimo im-
pedimento et excusatione
per consilium approbandis.
Quam penam dominus Ca-
pitaneus et successores ipso-
rum in officio dominorum
septem deputatorum exige-
re teneantur sub debito
sacramento nomine comu-
nitatis predicte. De qua
pena dominus Capitaneus
habere debeat a singulo

contrafacienti denarios quadraginta et sollicitus sit in exequendo predicta (3)

3) 1352. 15 Nov. Deliberatum fuit (in Consilio) quod eligantur tres boni viri qui videant rationem Comunis. Ann. I. 425

~~(3) ... trova ... Arengo:~~ del 1415, 29 Sett.

~~4)~~ (1415. 29 Sept. Statuimus et ordinamus quod singuli decem Deputati ad regimen terre Utini qui pro tempore fuerint onus habeant ad faciendum fieri calchulum rationum Camerarie pro tempore durante eorum officio, quod si secus per dictos Deputatos contrafactum fuerit tunc ipso facto incurrat penam XXV librarum pro singulo applicandam ipsam penam pro duabus partibus ipsi Comunitati, pro tertia D. Capitaneo.

Cod. A. 81. ann. 20. 181 ~~Ann. XX. 181~~

~~14?? xxx Sept. (1581)~~

(68. 1422. 29 Sept. In Arengo. Annal. 33. 3)

68 Quod camerarius teneatur facere scribi introytus et expensas quas fecerit sin_gulis octo diebus per unum ex cancellarijs comunis.*

~~[illegible]~~

Statutum fuit et ordinatum quod quilibet camerarius singulis octo diebus ~~vel~~ in_fra singulos octo dies om_nia et singula recepta ac omnes et singulas expen_sas que et quas ~~et [illegible]~~ ipsum facere contingerit, teneatur et debeat scribi et notari in quaterno remanendo in cancellaria comunitatis con_servando ad perpetuam me_moriam gestorum sub sua cameraria per ~~unum~~ ex cancellarijs consilij qui ad hoc sibi deputatus fuerit, qui singulis octo diebus semel saltem teneatur osten_

A. 76. 1760.

vere ipsum quaternum receptorum et expensarum dominis septem deputatis, et hoc sub pena XL denariorum qualibet vice qua contrafactum fuerit, in quam penam incidat cancellarius si pro eo defecerit, salvo legittimo impedimento approbando ut supra, ~~Quam~~ quam penam dominus Capitaneus et domini deputati omnimodo exigere teneantur ~~Cuius~~ cuius pene tertia pars sit domini Capitanei et reliqua communitatis (1)

(1) A queste tre rubriche sui Camerari (65, 66, 67) emanate nel 1422, negli Annali è unita la seguente che non fu poi compresa nello Statuto del 1424:

Quod Deputati ad constructionem turrium et murorum novorum debeant facere expensas et non Camerarius. ~~Item statutum fuit~~ Item statutum fuit et determinatum quod Camerarius Comunis Utini non possit aut debeat expendere ex se aliquid pro constructione novorum turrium et murorum iuxta et secundum quod per DD septem Deputatos et decem vel maiorem partem istorum ordinatum et mandatum fuerit et in illa

quantitate quam ipsi DD. Deputati determina=
verint. In omnibus autem alijs concernentibus officium
suum debeat et possit ipse Camerarius suum officium
sollicite exercere faciendo tamen expensas
iuxta statuta supra hijs edita et si aliquid
expendiderit cedat in damnum suum.

69 De pulsatione consilij.
Item statutum et ordinatum fuit quod in electione et optione dominorum septem deputatorum terre Vitrii sit et esse debeant in faciendo pulsari consilium dicte terre pro necessitatibus ipsius terre (1)

*Meritano d'essere qui riportate alcune altre deliberazioni riguardanti al regolamento interno del Consiglio.

(1) La campana della Chiesa Maggiore del Castello [illegible] il segnale [illegible] del Consiglio.* — ~~[illegible] come relative al [illegible]~~ ~~[illegible] deliberate nello Statuto.~~

(Voltare.)

I ~~[illegible]~~ 69

1367, I octubris deliberatum fuit per DD. Capitaneum et Consilium quod de cetero per duos vel tres menses in consiliis celebrandis diebus lune nemo volens proponere de factis suis aliquem specialem nequaquam audiatur, sed solummodo supra necessitatibus utilitatem comunem solum tractetur. Diebus autem veneris in consiliis fiendis omnes proponere volentes audiantur et supra eis tractetur. Ann. 4,77 ~~IV, 277~~.

conformato il XXII nov. 1378. -

II Consiglio 69

1381. Memoria ordinamenti facti supra eo quod quilibet de consilio de cetero ad quem tangat comodum vel incomodum alicuius deliberationis fiende in consilio vel qui fuerit affinis.... vel velit alicui favere publice in deliberatione fienda, debeat per Camerarium et procuratorem illico licentiari de consilio durante deliberatione fienda in tali casu. [illegible] 7,1.

III

1384, 14 nov. Deliberatum et statutum fuit quod de cetero aliquis de Consilio non audeat vel presumat pro aliqua persona aliquid proponere nec etiam aliqualiter favere alicui proponenti dicendo talis proponens habet ius et similia et hoc sub pena unius grossi pro qualibet vice. ~~[illegible]~~ Ibid 8,12.

~~Ann. IIII,12~~

69

IV.

1390, IV nov. Deliberatum fuit in consilio quod nullus de consiliariis Terre Utini audeat vel presumat aliquid proponere in consilio ad instantiam alicuius persone. Ib. 10,82

V

1412, XX mar. Supra propositis per Ser Nicolaum Regoldi unum ex deputatis exponentem consilio utrum balotte poni debeant in consulendo vel ne et quod provideatur et hoc pro bono rei publice, deliberatum et diffinitum fuit per maiorem partem quod debeant poni balotte et ... luminaus supra premissis debeat fieri maior convocatio et supra ipsa convocatione proponi de facto dictarum balottarum ponendarum secundum quas debemus nos regere et gubernare. Ib. 18,79

~~Ann. XVIII,79~~

VI

69

1413. XXIX Sept. In Arengo Terre Utini supra propositis per Ser Antonius de Cavalcantis ~~deliberatum~~ deliberatum, consultum, decretum, ordinatum et diffinitum fuit quod nullus ..... rector, officialis cuiuscumque officii sit neque consiliarius Terre Utini per aliquo tempore ipso existente in regimine vel officio sit tante temeritatis ut audeat vel presumat quovis modo petere vel recipere aliquod .... tributum a quavis persona ex dignitate vel favore sui officii et siquis ...... attentare presumpserit contra huiusmodi .... contrafaciens punietur et privatus..... Ib. 19,199t.

VIK.

Anno 1414, die 20 Septembris. Actum Utini in collegiata ecclesia maiori S. Marie in
pleno et copioso Arengo ipsius Terre ad sonum campane more solito congregato etc.
in quo interfuerunt etc.

Notandum est qualiter Dominus noster Patriarcha Ludovicus in dicto Arengo nonnulla
exposuit contra mores et antiquas consuetudines Terre nostre, videlicet quod mirabatur
qualiter hoc Arengum pulsatum erat sine scitu suo et quod sibi nichil erat notifi-
catum, considerato quod predixerat quod in ipso Arengo volebat esse. Ulterius dixit
quod secundum quod ad eius devenit notitiam, Comunitas seu Regimen Terre
nostre non debet facere pulsari ad consilia nisi primo notificat D. Capitaneo suo
nec convocationes aliquas facere seu congregationes Deputatorum sine scitu et presentia
dicti D. Capitanei, unde sic de cetero intendebat fieri et observari et non aliter.
Supra quibus per seniores ipsius Terre ac totum dictum Arengum ipsi Domino nostro
Patriarche ex adverso dictum et responsum fuit quod ipse Dominus noster salva eius reve-
rentia fuerat sinistre informatus supra his: nam semper consuetum et observatum fuit
in Terra Utini quod congregata fuerunt annuatim Arenga ad sonum campane sine aliqua
notificatione facta Dominus Patriarchis seu Capitaneis suis causa providendi supra intra
Terre et eligendi novos Officiales et consiliarios, qui bene soliti fuerunt venire
Domini Patriarche vel eorum Capitanei et similiter consuetum fuit et est pulsari ad
consilia sine notificatione facta D. Capitaneo quia campana notificat, sed tamen
nichil determinari potest in ipsis Consiliis sine presentia D. Capitanei vel Vicecapita-
nei et similiter DD. Deputati soliti fuerunt se congregare et convocare penes se de bonis
civibus supra necessitatibus occurrentibus etiam sine D. Capitaneo. Quare supplicatum
fuit Domino nostro Patriarche ut dignetur non velle nos accipere de iuribus et libertatibus
nostris prout etiam alias promisit et iuravit etc. Ex quibus veris [illegible] supplicationibus
prefatus Dominus remansit satis contentus, asserens quod nos de iuribus non intendebat
accipere. - Ibid. 19, 245 t.

I / ~~[illegible]~~

1367, I octobris deliberatum fuit

per DD. Consta... ex Consiliarii ...

de cetero

consilij.

volens pr

spiacalem

volumus

litatem co

dicbus a

~~[illegible]~~

omnes f

et supr

conformat

II

1381.

eo quod

quem tanga

ius deliber

fuerit ast

publicatio

Camerarius

liari de c

fenda in

III

1384, 14 ...

cetero ...

persona ...

alicuius prop

similia et

~~[illegible]~~ 7.

IV

139

...

... tantam alicuius persone. M. 10, 82.

" 1412, xx maii supra propositis per

Ser Nicolaum Raynoldi unum ex Depu

tatis exponentem Consilio utrum balotte

...

A 3

¶ De consiliarijs non venientibus ad consilium. — Item firmatum fuit et ordinatum quod quicumque ex consiliarijs [illegible]tini, cum dies fuerit et hora consilij vel pulsari audierit ad hoc aut ~~[illegible]~~ pardominum venire fuerit requisitus, cessante tamen legittimo impedimento, ad consilium non venerit hora debita, solvat unum grossum venetum (1) communi applicandum, et procuratores sub eorum sacramento exigere teneantur. (2)

(1) Cod. A.C. 3. grossum venetum in consilio ad bibendum.

(2) Una deliberazione consigliare del 1387. 3 Ottobre impone ~~dispone~~ la pena di quatro soldi, che con altra deliberazione de 1389 3 Agosto fu portata a cinque soldi, a due [illegible] il 3 novembre 1396, a 10 soldi il 23 decembre 1411 e di nuovo il giorno 11 giugno 1420. Fu poi ridotta a 5 soldi il 14 giugno 1421 ed a 4 soldi il 23 settembre 1423. ~~[illegible]~~

1 ~~767~~

8 Oct

1381 ~~[illegible]~~. Deliberatum fuit quia aliquando omnes de consilio non possint interesse definicionibus aliis necessariis in consilio fiendis, in quo consilio sunt viginti unus qua de causa multa bona non fiebant que fient si esset ordo, deliberatum fuit quod si in eodem consilio intersunt duodecim ex consiliariis vel ultra possint diffinire sine aliis: si autem a duodecim infra, non possint nisi intersint duodecim ex consiliariis vel ultra.

Ann. 6,368 t.

18 Mart.

1390, ~~[illegible]~~. Supra recordatione pro quamplures consiliarios provideri debere modum tenendum contra illos qui non veniunt ad consilia quod redundat in magnum damnum et preiudicium Terre Utini et multa vadunt neglecta, deliberatum fuit quod pignorari debe= rent omnes consiliarii qui non interfuerint consiliis toties quotiens non interfuerunt a tempore eorum creacionis usque ad diem presentem et quodammodo in antea pignorari deberent de consilio in consilium de pena que alias imposita fuerit et quod nemini defalcetur aliquod supra denariis quos dixerint se habere debere a Comuni et si aliquis esset quod se pignorari non dimittet in domo, quod pignoretur supra massariis eorum et ulterius pro dicta execucione fienda eligi debet unus pro quinterio in singulo consilio qui sollicitet ad faciendum exigere penas et quod in nota det camerario et procuratoribus omnes de suo quinterio pro illo consilio non venientes et sic successive fiat de consilio in consilium. Ibid. 10,3 t.

~~Ann. X 3 t.~~

3 ~~10.69~~

23 Mad.

1391, ~~XXIII maii~~. In consilio supra propositis per dd. septem rectores Terre Utini qualiter Consiliarii sunt plurimum negli= gentes ad veniendum ad consilia ex quo plura bona que agerentur pro statu huius Terre et publica utilitate eiusdem retardantur in grave damnum et dispendium totius Comu= nitatis, quare pro huiusmodi errore et negli= gentia tollendis petiverunt aliquem dari et deliberari ordinem quo de cetero consiliarii prout tenentur consilia celebranda frequentent; Deliberatum fuit quod quilibet de cetero non ve= niens ad consilium iustum impedimentum non habens mulctari et condemnari debeat pro quali bet vice qua defecerit in quinque soldorum, limitantes iustum impedimentum alteros istorum modorum posse allegari videlicet si fue= rit extra Terram absens a consilio, vel si fuerit infirmus aut impeditus occasione infirmitatis alicuius sui stricti affinis languentis in domo propria, aut in associando ad sepulturam cadaver alicuius sui affinis vel vicini, aut propter nuptias alicuius sui affinis et his exceptis nullum aliud possit allegari iustum impedimentum. Et quod huiusmodi pene exigi debeant per ser Nicolussium Capitaneum usque ad beneplacitum Consilii de septimana in septimana cum hoc quod medietas ipsarum penarum exigendarum sit ipsius Capitanei et alia medietas Comunis et si negligens fuerit ipse ser Nicolussius ad exigendum, quod de sua propria pecunia solvere debeat predictam Comuni huiusmodi penarum que forent commisse et non essent exacte nullo apparente impedimento de supra specificatis.

Ann. 10,108 t.

~~[illegible]~~

mores et antiquas consuetudines terre nostre, videlicet quod mirabatur qualiter hoc arrengum pulsatum erat sine scitu et quos sibi nichil erat notificatum, considerato quod predixerat quod in ipso arrengo volebat esse. Ulterius dixit quod secundum quod ad eius devenit notitiam, comunitas seu regimen terre nostre non debet facere pulsari ad consilia nisi primo notificet D. Capitaneo suo nec convocationes aliquas facere seu congregationes deputatorum sine scitu et presentia dicti D. Capitanei, unde sic de cetero intendebat fieri et observari et non aliter. Supra quibus per seniores ipsius terre ac totum dictum arrengum ipsi Domino nostro Patriarche ex adverso dictum et responsum fuit quod ipse Dominus noster salva eius reverentia fuerat sinistre informatus supra his: nam semper consuetum et observatum fuit in terra Utini quod congregata fuerunt annuatim Arrenga ad sonum campane sine aliqua notificatione facta Dominis Patriarchis seu Capitaneis suis causa providendi supra statu terre et eligendi novos officiales et consiliarios, in quibus bene soliti fuerunt venire Domini Patriarche vel eorum Capitanei, et similiter consuetum fuit et est pulsari ad consilia sine notificatione facta D. Capitaneo, quia campana notificat, sed tamen nichil determinari potest in ipsis consilijs sine presentia D. Capitanei vel Vicecapitanei, et similiter pp. deputati soliti fuerunt se congregare et convocare penes se de bonis civibus supra necessitatibus occurrentibus etiam sine D. Capitaneo. Quare supplicatum fuit Domino nostro Patriarche ut dignetur non velle nos accipere de iuribus et libertatibus nostris prout etiam alias promisit et iuravit etc. Ex quibus verbis et supplicationibus prefatus Dominus remansit satis contentus, asserens quod nos de iuribus non intendebat eripere. Ib. 19, 245 t.

4) 15 Dec.

1396, Quia sepius in consilio ~~solebant~~ aliqui interumpere consulentes ex quo multe res proposite in consilio Statu Terre Utini tangentibus et aliquos homines in dicto Terre propter quod etiam multi consiliarii Terre predicte remanebant a veniendo in consilio quum pulsabatur, ideo volentes D. Capitaneus et Consilium providere ne propositiones in consilio facte indeliberate vadant, Statutum et ordinatum fuit quodammodo in antea nullus in consilio audeat aliquo modo interumpere aliquem consulentem sub pena unius denarii totiens exigenda quotiens contrafactum fuerit.

Am. 12, 124t.

5) 29 Sept.

1422, In arengo

Quod officiales et consiliarii teneantur venire ad Consilium. Statutum fuit et ordinatum quod omnes officiales comunis Utini et omnes electi de Consilio Terre Utini teneantur venire ad consilium quando et quotiescumque pulsabitur more solito et si quis contrafecerit solvat in comuni soldos quatuor pro singula vice qua contrafecerit salvo legitimo impedimento per consilium approbando et nisi ipsa die qua pulsabitur ad consilium fuerit absens a Terra Utini, quam penam camerarius et procuratores omnimode exigere teneantur. Am. 23, 5t.

A 3 t.

A 3.

71 De non audentibus loqui in consilio quod petitur circumcirca.

Statutum fuit et reformatum super loquentibus et garulantibus in consilio quando petitur per camerarium vel procuratorem aut alium de consilio circumquaque, quod nemo audeat loqui adeo quod impediat loquentem, in banno soldorum duorum (1) pro qualibet vice, nisi accesserit ad locum deputatum (2) ad proponendum, salvo si clamet et comunitati auricolariter loqueretur (sic) cum consotio ut est moris, in quo banno sunt milites. Capitaneus et camerarius exceptati (3).

(1) unius denarii Cod. A. c. 3 t.

(2) deputatum locuturus pedestris Ibid. Salvo si clamet. Ibid.

(3) exceptati, quod bannum per tempora in collationem vini bonis hominibus de consilio expendatur. Ibid.

Su questo argomento gli annali contengono ~~tre~~ quattro deliberazioni consigliari analoghe: degli anni 1353. 17 giugno (pena: un ~~dei 1353 17 giugno (pena:~~ grosso), 1398. 4 ott. (pena un denaro) un ~~grosso)~~ (1415. 25 gen. (pena: un soldo) e 1416. 30 ottobre e della quali ultima s'inserisce qui in extenso:

1 – 111

~~1416 IX augusti.~~

1416, penultimo octobris. Supra propositis per Ser Fredericum de Valentinis unum ex DD. Deputatis ad regimen pro se et collegis suis exponentem, primo quod multi sunt inferentes sibi invicem iniurias dictis et factis in consilio et coram regimine Terre Utini non habendo aliquem respectum nec aliquam reverentiam dicto consilio et regimini. Secundo quod etiam multi sunt interrumpentes consilium et consultores qui non petiti per camerarium et procuratores sua propria auctoritate assurgunt et interrumpunt consulentes: que duo vicia ponunt consilium et Terram nostram ad magnam confusionem ita quod generant magnam verecundiam et damnum Comunitati nostre ac scandala et errores in ipso consilio, unde rogavit provideri etc. Determinatum consultum et diffinitum fuit primo quod quicumque dixerit vel intulerit aliquam iniuriam vel iniurias alicui alteri coram regimine vel consilio Terre Utini subito cadat et condemnatus sit in penam XXV libr. sol. pro quolibet contrafaciente quotiescumque contrafecerit vel iniuriatus fuerit. Secundo determinatum etc quod quicumque interruperit aliquem consultorem petitum et consulentem, scilicet sua propria auctoritate dicendo et consulendo [illegible] interrumpendo vel aliquem successive consultorem, tali contrafaciens incurrat penam x soldorum quotiescumque contrafecerit, que pena tam prima quam secunda subito per Camerarium et procuratores exigatur a contrafacientibus subito antequam recedatur a domo Comunis. Qui omnes consultores prescripti

— juraverunt tactis scripturis si contrafacient solvere penam et eorum fautores ponere quod quicunque contrafaciens puniatur et ab eo exigatur, antequam talis contrafaciens recedat a domo communis. (Ann. 20, ~~3~~ 356.

~~A. 8~~ A. 9

72\. De guadijs communis exi-
gendis per procuratores. —
Statutum et ordinatum
fuit quod omnes et sin-
gule guadie debite comu-
ni predicto exigi debeant
de cetero singulis tribus
mensibus per unum pro-
curatorem et per reliquum
procuratorem tribus men-
sibus sequentibus sub
pena XL soldorum, cuius ~~eiyus~~
medietas sit domini Ca-
pitanei et alia communis,
et sic de tribus in tribus
mensibus; et quod dicti
procuratores consignare
teneantur pecuniam per
eos exactam camerario co-
munis Utini notavisti (1).

(1) Cod. a ~~[illegible]~~ c. 3 ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~De quaternis Guadiarum Communis~~

(V. rubr. 21.

~~quibus Cancellarii scribere debent Guardias Communis.~~

~~Item cum condecens sit ut qui honoribus preveniuntur et commodis, ~~honoribus~~ oneribus non gravetur, statutum fuit quod dicti Notarii apud se habere debeant unum quaternum eis per Procuratores Communis vel Camerarium assignandum in quo scribere debent omnes et singulas guardias ad Commune pertinentes predictum de die in diem et scriptas singulis octo diebus aut antea si fuerint requisiti predictis Camerario seu procuratoribus consignare (1)~~

(1)

71

1354, ult. Febr. Supra facto vadiarum Comunis que spectant et pertinent Comuni, deliberatum fuit quod de vadiis Comunis preteritis que spectant Comuni exactis per Capitaneum vel non exactas, Camerarius et Procuratores Comunis intervenire debeant quando fuerint et ipsas exigere et excussas Comunis vadiarum futurarum que per ordinamenta spectant Comuni vendantur ad incantum, salvo quod si aliquis condempnaretur ultra ordinamenta in Consilio vel per sextam, illud reservetur Comuni. Arm. 2, 60.

~~Arm. II. 60.~~

1389, 29 ~~Oct.~~ [In Consilio Terre Utini] Supra propositis per Nicolaum notarium Nanini pro parte DD. septem Deputatorum proponentem qualiter vicini Terre Utini seu ipsorum quamplures diversimode tamen multociens guadias incurrebant spectantes et pertinentes Comunitati que raro exigebantur per camerarios et procuratores Comunis Utini tum pro negligencia et inercia eorum, tum eciam pro non displacendo forte aliquibus amicis eorum, quod non solum in damnum ipsius Comunitatis redundabat, verum eciam in damnum omnium vicinorum dicte Terre Utini particulariter et divisim, presertim propter maximas fraudes, quas officiales dicte Terre Utini comittere solebant, rogando exinde taliter providere supra hoc quod dicta Comunitas Terre Utini et alii vicini eiusdem Terre Utini dampnum non recipiant. Deliberatum, determinatum et diffinitum fuit quod ammodo in antea camerarii et procuratores dicte Comunitatis Terre Utini qui pro tempore fuerint teneantur et debeant exigere quascumque guadias, et condemnaciones cuiuscumque condicionis existant spectantes et pertinentes ipsi Comunitati, et quas omnes que pervenerint ad eorum noticiam scribi facere ordinate et stricte per cancellarios dicte Comunitatis Terre Utini qui pro tempore fuerint et de ipsis guadiis et condemnacionibus in fine eorum anni reddere racionem taliter quod si in fine anni restabunt aliquas exigere, quod illas solvere teneantur eorum propriis denariis et supradictis camerario et procuratoribus deferri debeat sacramentum de fideliter et legaliter exigendo et scribi faciendo per dictos cancellarios quascumque guadias et condemnaciones spectantes et pertinentes ipsi Comunitati que pervenerint ad eorum noticiam. Et ulterius deferri debeat etiam sacramentum omnibus consiliariis presentibus et absentibus ac cancellariis dicte Comunitatis et notificare deberent predicto camerario et procuratoribus aut alteri ipsorum de omnibus et singulis guadiis spectantibus et pertinentibus ipsi Comunitati in quibus aliqui vicini dicte Terre Utini incurrisent qui pervenerint ad eorum noticiam bona fide et sine fraude prout omnibus supradictis. Eidem ... fuit dictum sacramentum. Quo iuramento sic facto, deliberatum fuit quod ulterius quod deferri deberet eciam sacramentum cancellariis scribentibus in Judicio coram D. Capitaneo. Ann. 9, 281.

1415, ~~XXIX~~ 29 Sept. In Arengo — Statuimus et ordinamus quod Procuratores Communis qui pro tempore fuerint teneantur facere executioni demandare conciliarias determinationes condemnationesque exigere infra unius mensis spacium a die facte condemnationis proxima computandum, quod si facere neglexerint tunc ipso facto penam incurrant unius marche soldorum pro singulo eorum applicandarum in duabus partibus Communitati nostre et in tertia parte D. Capitaneo. Ann. 20, 181.

73. De iniuriantibus sibi ad invicem in consilio.

Item statutum, ~~diffinitum~~ diffinitum et deliberatum fuit, quod quicumque in consilio terre Stirij vel ~~regiminis~~ regimine, cuius-cumque conditionis exstiterit, ~~intulerit~~ intulerit aliquam iniuriam vel vituperium alicui persone in ipso consilio, videlicet in manicando per ~~gulam~~ gullam vel aliam maiorem iniuriam faciendo vel inferendo vel regimini, verbo vel facto, dubito talis iniurians cadat in penam XXV librarum soldorum irremissibiliter exigendam, que dividatur in tres partes, et ~~et~~ prima pars applicari debeat domino Capitaneo et alie due communitati nostre Stirij ~~et~~

(1) V. nota alla rubr. 76.

~~1422, 30 Apr. In Arengo et~~ ~~Arr. Cu.~~

(1422. 29. Sett. ~~30 Apr.~~ In arengo ~~Ann. 23.4~~) ~~III Ann. xxiii, 4.9~~

III ....

74 De revellantibus propositiones et deliberationes statum publicum tangentes. ——

Statutum fuit ordinatum ac reformatum, quod nullus consiliarius audeat quovis modo publice vel occulte, directe vel indirecte revellare consiliarius deliberationes seu propositiones in consilio pleno vel deputatorum factas, communitatem nostram seu honorem et statum publicum ipsius terre Utini tangentes, et specialiter illas quas fuerit preceptum retineri debere sub secreto, et hoc sub pena L librarum soldorum tociens ~~totiens~~ exigenda quociens ~~quoties~~ contrafactum fuerit, et ~~et~~ ulterius quod talis revellans debeat publicari alta voce preconia super scalis

periuro
pro ~~pagino~~. De qua pe-
na dominus Capitaneus
habeat medietatem mar-
charum soldorum et reli-
qua sit communis (4).
Ann. ~~XXIII. 43~~ [illegible]

(1) 1388, IV nov. Ut quilibet consiliario-
rum Terre Utini audacter secundum su-
am conscientiam consulere valeat nequa-
quam dubitans quod dictum suum extra
ipsum consilium reveletur et ut regimen
Terre felicius procedat, statutum determi-
natum et deliberatum fuit per omnes consi-
liarios unanimiter et concorditer nemine
penitus discrepante quod nullus de presenti
consilio dicte Terre Utini audeat aliqualiter nec
presumat revelare aliquod dictum gestum delibe-
ratum vel factum in dicto Consilio quod sibi est determi-
native declaratum fuerit per ipsos consiliarios de tem-
pore in tempus retineri secretum et hoc sub pena centum
ducatorum Comuni applicandorum et sub pena falsarii
et ubi aliquis ipsorum consiliariorum in hoc deliquerit
et excesserit, non valens dictam penam centum duc. solvere
debeat proclamari pro falsario ut supra et ultra hoc retineri in
carceribus sex mensibus. (~~Ann. IX, 60.~~)
Ann. 9, 60.

1422, 29 Sept. ~~In arengo et. ... Ann. LXXIII, 4.~~
(75. 1422 29 Sept. in arengo. An. 23,5)

75. De ~~revelantibus~~ revellantibus deliberationes consiliarias priuatas personas tangentes et pena. —

Statutum fuit determinatum ac reformatum, quod nullus consiliarius audeat revellare aliquam deliberationem consiliariam ~~etiam~~ singulares et priuatas personas tangentem, sed unam quamque personam petentem quid fuerit deliberatum super facto suo remittere ad cancellariam communitatis, neque etiam pandere et revellare conductores fauorabiles uel contrarios, dicendo talis fuit tibi fauorabilis uel talis fuit tibi contrarius, et hoc sub pena unius marche soldorum. De qua pena dominus Capitaneus habeat

soldos quadraginta et re=
liqua sit communis. —

Ans. xxiiii s.

(76) 1422, 24 Sept In arengo. Ann. 23:4.t.)

Quod ellecti de consilio vel officijs communis teneantur acceptare officium sub pena XXV ducatorum et de auctoritate dominorum septem deputatorum. —

Statutum fuit et ordinatum quod quilibet ~~ellectus~~ ellectus in pleno arengo communis terre Utini in officio vel de consilio communis vel in consilijs de dominis septem deputatis ac decem, teneatur ipsum officium acceptare sub pena XXV ducatorum communi Utini applicandorum et irremissibiliter exigendorum, et quod domini septem et decem deputati eligendi per consilium habeant illam auctoritatem in regimine terre Utini quam

habet totum consilium.

23, n[illegible]
[illegible] 4t.

1

1363, 5 Oct. [In Cons. Terre Utini]
ordinatum, statutum, provisum et deliberatum fuit nemine discrepante quod si quis pro ambaxiatore Comunis fuerit electus et recusaverit ire, cadat et incidat in pena unius marche den. Comuni applicanda, salvo iusto et evidenti impedimento. Ann. 3, 322.

1

2

1389, 30 sept. In Consilio Terre Utini supra propositis per Ser Nicolaum notarium [illegible] quod aliqui pridie electi ad officium septem Deputatorum recusant illud assumere, propter quod rogavit Consilium ut super hoc provideat deliberando quod sit superinde agendum. Deliberatum fuit quod constringantur sub pena alias ordinata xxv ducatorum ad acceptandum dictum officium, quod officium si recusaverint recipere, dicta pena irremissibiliter exigatur. Ibid. Ann. 9, 255.

1390, 8 Iulii (In Consilio ~~Terre Utini~~)
deliberatum fuit per omnes Consiliarios pro nimia negligentia vertente inter septem Deputatos, ex cuius deffectu officium vadit multum neglectum, quod ipsi septem Deputati teneantur et debeant singulis diebus esse insimul de mane videlicet in decima hora et post prandium in decima octava hora in pena x soldorum pro qualibet vice quod contra fecerit, cum hoc tamen quod supradicti septem Deputati possint et valeant quandocumque eis erit expediens et necesse citari facere alios septem Deputatos alias eis additos in dicta pena x soldorum. Ibid. 10, 46

1398, 4 Dec. Supra propositis per DD. Deputatos petentes declarari eis auctoritatem quam habent pro Comuni nostro, declaratum fuit ibidem per Consilium quod Deputati habeant illam plenam auctoritatem quam habuerant alii, videlicet illam quam habet totum Consilium Terre Utini ordinandi, mandandi et deliberandi omnia et singula que eis videbuntur pro bono statu huius Terre et quod Camerarius debeat eis obedire sicut tenetur obedire toti Consilio. Ann. 13, 91.

~~[illegible] in [illegible] della [illegible] pu[illegible] di [illegible] vedin[illegible] [illegible] consiglio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]~~

Ann. 1469, ind. II, die [illegible] XVII mensis maii, actum [illegible] in cancellaria communis ubi convenerunt coram Ser Johanne de Cassinis [illegible] honorabiles [illegible] et potens Miles D. Tristanus de [illegible], Ser Petrus Beloni, Ser Johannes de Castro, Ser Franciscus notarius Cancii, Ser Andreas de Paona, Ser Jacobus Manini, Ser Machor de Camino, Ser Petrus Cataldini, Ser Antonius [illegible] Russii, magister Dominicus pelliparius, magister Nicolaus faber et alii [illegible] pro [illegible] et [illegible] honorem huius Terre et statum concernentibus [illegible] eodem loco [illegible] D. Tristanus proposuit dicens qualiter in plena convocatione facta die [illegible] proxime preterita per omnes [illegible] discrepante data et concessa fuerit plena auctoritas et potestas Dominis [illegible] deputatis ac consilio et [illegible] electis ad providendum de bono statu huius Terre, [illegible] habere auctoritatem faciendi omnes et singulas provisiones [illegible] expedire pro bono statu huius Terre et [illegible] reperiendo gentes quam in caviendo omnia et singula [illegible] necessaria [illegible] totam ipsam auctoritatem ipsis DD. [illegible] Deputatis [illegible] ac tadhuc [illegible] bonum dare ipsam auctoritatem ~~[illegible]~~ minori numero personarum [illegible] esse magis secrete etc. Supra quibus sic propositis per dictum D. Tristanum deliberatum fuit quod fieri debebat electio de quinque bonis viris qui haberent omnem auctoritatem et potestatem quam habebat totum consilium et [illegible] et septem Deputati et quod quicquid fiet per ipsos quinque elligendos tam ponendo coltas et reperiendo gentes pro dettensione huius Terre quam in aliis quibuscumque provisionibus per eos faciendis debeat executioni mandare. Et sic electi fuerunt Ser Johannes de Faganea, [illegible] Leonardus [illegible] Ser [illegible], Ser Gabriel de Soldoneriis, Ser Candidus de Tarcento, Ser Leonardus notarius de Montegnaco. Ann. 17, 54 t.

(37 c 1400. 30 apr. ~~aprile~~ (Cod. A. c. 84)

77/49 De facientibus se caput ad brigas et dissensiones (c.) ~~(1400. 30 aprile)~~

Statutum, ordinatum et reformatum fuit, quod si aliquis se caput fecerit ad caudam vel conventiculam faciendam pro rumore seu briga aliqua facienda, cadat pro qualibet vice qua hoc fecerit, in pena quinquaginta librarum soldorum, et ~~nihile~~ nichilominus puniatur secundum consiliariorum deliberationem et teneatur renunciare conventicule huiusmodi. Si quis vero ad alicuius caudam seu conventiculam cucurrerit cum armis, lapidibus, lanceis, fustibus sive alijs quibuscumque rebus offensibilibus, capitaneus nisi suspectus habe-

retur vel vice capita-
neus et quilibet de sep-
tem deputatis ad regi-
men terre Utini qui pro
tempore fuerint, possint
et valeant omnibus con-
gregatis ad eundem et
conventiculam supradictam
mandatum facere, quod re-
cedere debeant omni mo-
ra post posita, in pena
et banno predictis, vel
si traxerit [illegible] in mino-
re arma faciendi ru-
morem, cadat in penam
XXV librarum solido-
rum, et puniatur etiam
secundum consiliariam
deliberationem ut supra
dictum est. Si vero ali-
Item firmatum fuit, quod nemo de cetero audeat trahere pilotum magnum cum misterio ferri, nec cum rodea cum ligno ad illum modum facto, selopprum seu terremotum aliquod facere, sub pena XL denariorum, cuius medietas sit domini Capitanei (1) et reliqua accusatoris (2) —

(1) (Gastaldionis) etc.

(2). (In Consilio)

1364, 11 ~~Octobris~~ Supra propositis per Nicolussium de selopis cum eius pertinentibus non exportandis extra ~~T~~ terram Utini, deliberatum fuit quod nullus de cetero aptet nec faciat de cetero sine mandato expresso D. d. Capitanei et Consilii et quod mandetur magistro ~~Al.~~ Nicolao Bacharello ut supra in pena L librarum de cetero non aptet nec de novo faciat sine expresso mandato dicti D. Capitanei ut supra.

Ann. 4, 50 t.

241. De proicientibus lapides
cum funda et balotta
intra muros terre Utini.

Ad correctionem maximam
puerorum Statutum fuit
et reformatum, quod nemo
infra terram Utini scilicet
muros Utini seu ab extra
terram intra (sic!) fossata in
ipsam lapides cum funda
seu frandeula proijcere
audeat seu trahere, nec
cum ballotta
infra predictum fossatum
seu muros terre
trahere presumat, et qui
contrafecerit cadat in pe
nam X soldorum pro
qualibet vice delicti, cu
jus pene medietas domi
no Capitaneo, alia comu
nis predicto cedat (1).

(1) 1396, 6 Nov. (In consilio) Quia pluries in
terra Utini nunc certis cerebotanes
utebantur lapides seu balottas de girla
cum eisdem proicientes et multociens personas
per terram transeuntes ledentes et percucientes,
ex quo rumores et scandala insurgebant,
ideo volentes d. d. Capitaneus et Consilium hu
iusmodi erroribus obviare statuerunt et
deliberaverunt unanimiter et concorditer
quod de cetero nullus audeat intra fossata Terre
Utini in terra vel in burgis proicere quoquo
modo cum dictis cerebotanis sub pena medie marche
den. pro qualibet vice qua contrafactum fuerit
cuius pene pars tercia applicetur d. Capitaneo et tercia
Communitati et alia tercia accusatori et credatur
cuilibet accusanti bone fame et possit quilibet
talis condictionis accusare d. Capitaneo et duobus de Consi
lio et teneatur in secreto. Ann. 12, 108

~~C 11.~~

242 ~~St. 02~~ Cod. C 11.

242. De animalibus mortuis extra braydas Utini exportandis. ~~Stat. I. 11.~~

Ordinatum et firmatum fuit, quod quicumque equum, bovem vel aliud animal quadrupes ea die qua mortuum fuerit, extra braydas Utini non fecerit apportari, (sic) solvat XX soldos, [quorum tertia pars sit domini Capitanei, alia communis et tertia accusatoris] super quo Utini viro bone fame detur plena fides. [Carnem vero et mursipulum extra fossatum burgorum faciant apportari in ~~[illegible]~~ consimili ratione] (1). Cod. C. I. 11

(1) 28 Mart. (Chronica)
1281, ~~XXVIII martij~~ . Deliberatum
fuit quod canes, galine vel alie res redden-
tes fetorem de cetero non projiciantur
in stratis per terram Utini sub pena
alias ordinata. Ann. 7, 45

[illegible]

243. De capris non ducendis cum pecudibus ad pasculandum.

Statutum et ordinatum fuit, quod nullus audeat conducere et conduci facere capras cum pecudibus ad pasculandum, sed ipsas cum suo pastore conduci facere. Ita quod qui contrafecerit solvat pro qualibet vice denarios XL. Qui autem circa fossatum burgorum animalia pasculaverit aut frondes fecerit, solvat XX soldos, cuius banni una pars sit Capitanei, alia communis et tertia accusatoris. Cuius denuntiatio fiat domino Capitaneo et duobus de consilio. —

~~V[illegible] I~~

244. De capris alienis non mulgendis (1)

2 Statutum et ordinatum fuit, quod nullus civis vel vicinus aut forensis de terra audeat mungere vel mungi facere capram vel capras alienas sine voluntate cuius[2] fuerint ipse capre vel capra. Et qui contrafecerit, soldos XX pro qualibet vice solvat, cuius banni medietas sit Capitanei, alia communis.

---

(1) Di questa rubrica v'è il titolo solo nel Cod. A.9.t.

2) ~~[illegible]~~ Cod. Doppi: sine voluntate domini cuius ecc.

~~140~~
~~215~~

~~A 18t.~~
... 13 ... cod. A 18

~~1347, XV Januarii cod. A~~

245. De portonerijs portarum quod non dimittant portare fassinulos.[1]

Statutum et ordinatum fuit [2] quod custodes portarum terre Utini in pena XX soldorum pro qualibet uice in qua reperiretur, cuius pene medietas sit domini Capitanei, altera communis, non permittant aliquem ducere uel portare in fassinulis barationes[3] uel alia ligna domestica de braydis et campis Utini; saluo tamen quod si aliquis forensis illos uel illa duceret ad uendendum, dummodo non essent de braydis 14.

1) Cod. oppi: ; fasilaros

(2) cod. A 18t: , fuit per d. Capitaneum et Consilium terre Utini quod ...

3) Cod. oppi: baratones

(124) (Cu[?]wahlif)

1374, 2 oct. Deliberatum fuit ~~in pleno consilio [Terre Utini]~~ quod Porte intrinsece et extrinsece singulis noctibus claudantur et quod debeat fieri mandatum districtum custodibus ipsarum Portarum per ~~DD.~~ dd. Judices Terre Utini et quod debeant assignare claves per ipsos Judices personis et vicinis bonis et idoneis ibi prope morantibus prout eis melius videbitur. Ann. 3, 353 t.

1379, 24 ~~sept.~~ aug. Il Consiglio rinnova ~~la~~ la deliberazione sopraccitata e intima dieci soldi di pena a chi rifiutasse conservare le chiavi della Porta a lui affidata. Ibid. 6, 230.

1406, 25 ~~Mart.~~ [In dicto Consilio] deliberatum fuit quod omni sero ad sonum campane ignis ianue Terre nostre claudantur. Ibid. 6, 272.

1412, 28 ~~Septem.~~ [In dicto consilio] deliberatum fuit quod eligantur duo vel tres cives idonei qui vadant omni sero ad claudendum portas terre quum pulsabitur campanella castri et quum clauserint dictas portas, consignare debeant claves ipsarum portarum ~~dd.~~ capitaneo omni sero. ~~Ann.~~ Ibid. 18, 358.

1415, 4 oct. (In Consilio ~~Terre Utini~~). Super propositis per canevarium Comunis[?] instantem pro bono et statu Terre nostre quod per singula contrata Terre nostre, ponatur una campanella que pulsetur ad martellum in casu quo insurgeret aliquis rumor vel ignis seu aliquod aliud periculum in aliquo burgo ipsius Terre nostre propter avisationem custodis turris castri qui cum audiverit aliquam istarum campanarum subito debeat pulsare campanam turris castri propter avisationem totius populi ut possit periculis obstare. Ibid 20, 184.

De vuaytis.

246. Item firmatum fuit, quod vuayte que stant ad portas pro communi non audeant recedere nec alium loco suo ponere sine licentia Capitanei, legitimo impedimento cessante, sub pena X soldorum. Siquis autem hospitabitur alibi quam super porta seu batfredo sine licentia Capitanei, solvat denarios XL, cuius medietas sit Capitanei, alia communis (1)

(1) 1352, 23 Oct. [In consilio ~~terre ultimi~~] deliberatum fuit quod Capites milicie et illi de Consilio et cellariati medii et magistri seclarum sint exempti a faciendo schiriguaytas. Ann 1, 421.

247. De custodibus braydarum et tabelle sive camporum.

Firmatum et ordinatum non revocando propter hoc ordinamenta prius facta super braydis, pratis et campis, quod eligantur octo boni viri de qualibet decania burgorum Ultrii et aliqui de terra Ultrii per contratas, qui iurent accusare domino Capitaneo quos invenerint damnum dantes in braydis, campis, pratis, ortis et bayarzijs cum bestijs et sine bestijs, et credatur eorum iuramento et cuilibet ipsorum iuratorum eligendorum. Et quicunque accusatus fuerit de damno dato per aliquem ex iuratis, cadat in penam medie marche denariorum.

cujus medietas domino Ca-
pitaneo et alia communi pre-
dicto cedat, et nihilominus
satisfacere dampnum duplum
illi cui factum fuerit tenea-
tur (1)

247

(1) 1353, ~~11 augusto~~ 9 aug. (In Consilio) ~~Deliberatum~~ fuit quod secundum formam ordinamenti eligantur ceteri custodes braydarum qui denuncient omnes dampnum dantes in braydis alienis quocumque modo quo invenient ipsos. Am. 2, 17

~~Am. II, 17~~

[illegible]

[illegible]

aus Cod. N. 10.

~~A 16~~

248. De paysatoribus.

Statutum et ordinatum
fuit, quod per tres men-
ses videlicet Madij, Julij
et Junij nullus civis vel
forensis pedes neque eques
de cetero audeat intrare
campos blavatos in perti-
nentijs terre Utini ad
paysandum. Et qui con-
trafecerit perdat pro quali-
bet vice qua repertus fue-
rit, denarios XL, medie-
tas cujus ~~denarios~~ D. Capitaneo
deveniat, reliqua vero co-
muni. Accusantes vero
dictum paysatorem vel
paysatores quotquot fue-
rint, Si carrigium blava-
tum hujusmodi intratte-
ridt, solvat (sic!) denarios vi-
ginti modo predicto, et quod
de predictis credatur Sacra-

domini possessionis vel
alterius fide digni. —

249. De intrantibus braydis
causa dandi damnum.

Statutum fuit et ordinatum
et firmatum, quod nullus
intret braydam aliquam
quae sit clausa et habeat
portam vel non, causa fa-
ciendi damnum cum be-
stijs vel sine bestijs, absque
voluntate eius cuius fuerit
brayda. Qui autem contra
fecerit cadat in bannum
XL denariorum et damnum
satisfaciat illi cujus fuerit
brayda, et eius credatur
sacramento vel ejus fami-
liare (sic!) si fuerit corporis inventis ~~[illegible]~~
ad juramentum prestan-
dum, videlicet si quere-
llam de eo fuerit damnifi-
catus, habeat locum hoc
bannum, cuius ~~Cujus~~ vero ban-
ni medietas domino Capi-

tamen, alia communi ce-
dat. ———

249. De mittentibus equos extra de nocte.

Ordinatum et statutum fuit atque firmatum, quod nullus de Utino, sive hospes fuerit sive alia quevis persona in Utino habitans, audeat mittere in nocte equos, armentas, somarios et alia quecumque animalia in braydis vel pratis hominum Utinensium ad pascendum, sub pena X s. denariorum pro quolibet equo, armenta, somario vel alio animali mittendo in predictis damnum facere. Cuius medietas sit ut supra proxime (1).

(1)
25 aug (...)
1382, XXV augusti, deliberatum fuit quod deberet fieri quedam proclamacio per precones Comunis, quod aliquis non permittat ire suas equas et animalia per campos et tabellam alienam in ... marcha. Ann. 7, 41.

250 De damno dato per scrofas in braydis alienis.

Firmatum fuit et ordinatum. Si alicujus scroffa vel porcus in braydis vel campo seu orto alieno damnum dederit, is cujus scroffa vel porcus fuerit, damnum hujusmodi emendare teneatur et XX soldos; cujus medietas sit domini Capitanei, alia communis; et ad hoc adhibeatur fides videlicet de inventione scroffe vel porci ei cui damnum datum fuerit vel suo familiari et sibi.

251 ~~252~~ De intrantibus braydas
vel campos alienos.

Item firmatum fuit, quod
nullus braydam alienam vel
campum non fossatum et
portam non habentem cum
animalia (sic!) vel sine, causa
faciendi damnum intra-
re audeant. Siquis autem
contrafecerit, videlicet pre-
ter voluntatem ejus cujus
fuerit brayda vel campus,
solvat XII denarios quo-
rum medietas sit Capi-
tanei, alia communis; et
damnum illi cujus fuerit
tenuta satisfacere tenea-
tur, et hoc si querela
Capitaneo facta fuerit te-
inta (sic!) aut saltori (sic!) burgi
seu familiaris damnifica-
ti predicti.1)

1) Cod. Doppi: Et hoc si querela Capitaneo facta fuerit; et super hoc credatur sacramento illius cuius fuerit tenuta aut saltoris;

252

De intrantibus braydas.

Statutum fuit et reformatum, quod nullus de cetero audeat intrare braydas, ortum vel campos fossalatos intra tabellam et confinia terre Utini causa accipiendi uvas, bladum vel alia forma. Qui autem contrafecerit, in duplum domino vel domine brayde satisfacere teneatur, et nihilominus denarios aquilegienses XL, cujus medietas banni penalis sit domini Capitanei, alia communis; Et quod de hujusmodi damno illato credatur sacramento illius cujus ortus, campus vel brayda fuerit, sive ejus familiare (sic?) vel sacramento custodum vel

alterius cujuscunque bo-
ni viri, quod dominus
braydae vel domina du-
xerit committendum
et se commisisse suo
juraverit sacramento.
Et ~~[illegible]~~ hoc intelliga-
tur si querela depone-
tur domino.

3

25 De damno dato in braydis.
Item firmatum fuit et or-
dinatum, quod quicunque
in Vtino sive ejus tabella
et pertinentijs damnum
dederit faciendo herbam
in campis seminatis seu
blavatis, solvat XX soldos,
cujus medietas sit Ca-
pitanei, alia communis,
et damnum satisfaciat
illi cujus fuerit semnta.

[illegible]

254 De arborum amputatione
in braydis, campis et pra-
tis alienis.

Item quod quicunque in-
traverit braydas, campos
vel prata aliena et in
ipsis inciderit aliquam
arborem vel vitem, cadat
in penam L librarum par-
vorum dr. solvendo fue-
rit; si ~~et~~ autem solvenda
non fuerit, tunc fustige-
tur per terram. Preterea
si quis acceperit bladum
sive balcios seu manipu-
los in campis vel braydis
alienis, cadat in penam
predictam L librarum par-
vorum et fustigationem.
Et si quis similiter mit-
teret puerum vel puellam
suos in braydis vel cam-
pis alienis ad ~~ad~~ facien-

dum aliquod damno-
rum praedictorum, simi-
li modo et pena plecta-
tur, ut qualitas delicti
duxerit requirendum.
Et nihilominus in capi-
tulo quolibet dannum
passo satisfacere tenea-
tur taliter delinquens,
scilicet Si solvendo fue-
rit. Cujus pene pecu-
niarie tertia pars sit
domini Capitanei et
reliqua communis. (1)

(1) 21 255

1419 ~~xxi~~ dec. (Supra propositis ~~pro de~~ ~~Super damnificatione~~ (in consilio))
pr. dd. deputatos supra multis querelis coram eis
factis contra multos qui dietim et continuo
vadunt inferendo damna in braidis, ortis
et viridariis Terre Utini incidentes et au-
ferentes vites et alias arbores et vadunt
rumpendo et destruendo domicilia in villis
et auferendo lignamina ac alia multa et infi-
nita damna inferendo, supra quibus institu-
runt providere pro indemnitate nostrorum civium
deliberatum ~~et~~ diffinitum fuit quod quicumque
deinceps damnum intulerit in braidis, ortis seu viridariis
Terre Utini incidendo vel auferendo vites seu quasvis
alias arbores ac etiam quicumque ruperit vel
destruxerit domicilia villarum solvat penam x li-
brarum soldorum aut sibi amputetur manus
pro quolibet contrafactum fuerit, que pena pe-
cuniaria dividatur et applicetur iuxta formam ordina-
menti Terre Utini super his loquentis et de premissis
fiat publica proclamatio. Ann. 21, 380.
~~XXI, 380.~~

256 [5]. De facientibus herbam in pratis alienis.

Item firmatum fuit, quod nullus causa faciendi herbam in pratis alienis de die vel de nocte extra portas Utini exire audeat nec cum equis nec cum plaustris. Et qui contrafecerit aliquidem cum equo faciendo herbam aut ipsam exportando de alienis pratis adinventus fuerit, perdat X soldos pene nomine dicto domino Capitaneo totaliter applicando, et damnum passo solvat.¹) Sed si cum plaustris in pratis alienis herbam faciendo aut exportando fuerit aliquis adinventus, solvat XX soldos pene nomine, cuius medietas sit comu

¹) Cod. Joppi: solvatur.

nis, alia vero domini
Capitanei prefati et
dannum basso solvunt.
Denuntiatio fiat domi-
no Capitaneo et duobus
de consilio.

25 ~~7~~ 6. De accipientibus violenter pignora forensibus.

Statutum fuit et reformatum, quod nullus in Utino audeat vel presumat tam puer ultra XII annos habens quam provecte etatis accipere pignora vel pignus alicui forensi de opis istis ville rossis contra ipsius forensis (sic!) voluntatem, in pena XL denariorum. Cujus pene medietas sit domini Capitanei et alia communis, videlicet si querela proposita fuerit contra delinquentem. Et si solvendo non fuerit, stet per diem integrum in carceribus.

25 De intrantibus ortos in
terra Utini.

Statutum et ordinatum
fuit, quod si aliquis in-
traverit ortum alicujus
causa ~~[illegible]~~ acci-
piendi poma, uvas vel
herbas seu alios fructus,
incidat in penam XL de-
nariorum, et nihilominus
teneatur satisfacere dam-
num domino orti cujus
fuerit. Cujus pene me-
dietas sit domini Capi-
tanei et alia communis, et
~~Et~~ stetur sacramento
domini orti seu sui
familiaris ~~[illegible]~~ vel do-
mestici (1).

(1) 23

1348, ~~xiii augusti~~ 13 Aug. (In consilio) Quod nullus audeat ingressum consilios a fabis vias qui non habet braydas et portare ultra terram Utini contrafaciens puniatur in penam x sold. et simili modo vuayta in eandem penam cadat si non denunciaverit apportantem. Ann. 1,71

Ann. I, 72

24

1397, ~~xxv maii~~ 25 mad. (In consilio) Super propositis per d. Capitaneum recordantur provideri supra ortis, campis et braydis sitis infra confines terre Utini, ut nullus possit dampnificare et dampnum facere in ipsis, cum homines qui tenent dicta terrena non possint recipere nec recolligere fructus nec blada, ut fiat statutum aliquod et ordinamentum; ceterum ita non fecit quod procedi debet secundum ordinamentum terre nec hoc editum et quod per ordinem ponitur sint supra platea comunis et ... non audeantur impetiare. Ann. 17, 151 t.

~~XII, 118~~

Damni [illegible] 2

1418, 9 aug. [In Consilio] Pro tollendum omnem materiam malignantibus male agendi, determinatum fuit et diffinitum quod fiat una publica proclamatio, quod quilibet qui deinceps repertus fuerit damnum inferre in ortis, [illegible] possessionibus situatis in terra Utini, si de die teneatur ad penam medie marche et si de nocte damnum intulerit teneatur ad penam unius marche pro quali bet vice.

3

Si vero quis damnum intulerit in braydis seu possessionibus extra terram Utini situatis, teneatur ad penam in ordinamento supra his edito contentam et [illegible] ordinamentum non reperiretur aliis damnum inferentes, tunc ulterius ad penam xl soldorum et nichilominus tales damnum inferentes teneantur reficere damnum illis quibus intulerunt. Quod si solvendo non fuerint, trudantur ad carceres ibidem permanere debentes per dies VIII. Si autem pueri essent, patres solvere teneantur pro eis. Et de huiusmodi damnificationibus credatur patronis seu familiaribus patronorum talium ortorum et possessionum mediante debito iuramento [illegible] persone digne fidei.

Item deffinitum fuit quod prohibeat damnificans in tormento D. Patriarche [illegible] in penam unius marche et huiusmodi [illegible] intelligatur et locum habeat tam contra personas masculini quam feminini sexus. Ibid. 21, 177 t.

1418, 12 Dec: [In dicto Consilio] super damnificatione facta per nonnullos contra multos cives tempore nocturno in frangendo et auferrendo portas, hostia, paiatas, racios, caules, herbas et alia damna inferrendo in hortis, braidis et viridariis Terre Utini; Determinatum fuit quod quicumque deinceps damnum intulerit tali modo, teneatur ad refectionem duplam damni illi vel illis cui vel quibus intulerint et ulterius cadant in penam unius marche pro singulo contrafaciente totiens quotiens contrafecerint applicandam Comuni et dominio Terre Utini.
Ibid. 21, 217.

258 ~~A 18 t.~~

259 1347, 2 marzo ~~II marcii: In Consilio.~~ Cod. A 18 t.

De solutione non fienda cum parvulis communi.

Statutum et ordinatum fuit, quod de cetero quicumque fecerit aliquam solutionem communi vel camerario communis Utini, non possit dare nec facere ipsam solutionem in parvulis cum duobus vel uno. Nec ipse camerarius vel alius qui fuerit pro communi teneatur accipere nisi solummodo de centum marchis denariorum unam marcham in parvulis et sic pro rata supra et infra.

259

~~B 124.~~ 1.od.

1380, I ~~Octobrij. In Consilio~~ ~~(1)~~ Cod. B 127. ~~Cod. B 124.~~ Cod. B 127.

De his qui detestantur datia communis quando venduntur et abhominant ~~annichilando~~ eadem.

Item statutum et ordinatum fuit, quod nemo de cetero audeat nec presumat detestari dacia quando venduntur et incantantur, vel abhominare, avillare atque dicere quod ex eis vel aliquo ipsorum perdiderit seu per aliquem qui datia habuerit vel aliquod ipsorum [illegible] [illegible] amiserit. Et etiam quod quilibet incantans datia communis vel aliquod ipsorum communis dationum tenentur et debent a quinquaginta marchis denariorum in per incantando incantare

(1) MCCCLXXX, Indic: III, die lune primo octubris in pleno Consilio more solito congregato coram D. Azolino de Gumbertinis Capitaneo Terre Utini.

Quia per ~~per~~ multiplices detestationes, avilationes et abominationes que fiunt publice in actu et quando dacia Communis Terre Utini in platea loco solito incantantur et venduntur sepe et sepius tardantur venditiones eorumdem et quando minus precio convenienti ex ipsis obstaculis dacia venduntur convenienti et utili pro Comune ac etiam quod incantantes ut tardentur venditiones eorumdem artificiose incantantes in minutum dacia supradicta et minus debite illa acquirant per emptores, de quibus redundacio dampni publice utilitatis ut supra, non modica sequitur atque simulacio D. D. Capitanei et Consilii et aliorum bonorum circumstantium virorum onerat et impedit alia eorum negotia peragenda propter longam ~~[illegible]~~ dicte materie vocationem statutum etc. ~~B 127.~~

ponendo denarios quadraginta et abinde supra, quando datium quod incantaverit est ad incantum, quinquaginta marcharum. Vel abinde supra usque ad centum marchas; et a quinquaginta marchis infra possit quilibet incantando incantare pro libito voluntatis, ponendo unum denarium et abinde infra (sic) et supra prout dispositioni sue videbitur; a centum vero marchis supra et in summa centum marcharum teneatur quilibet incantans incantando incantare pro qualibet vice qua incantaverit datium quod erit ad incantum, ponendo unam marcham denariorum et non minus. Et qui contrafecerit avillando abhominando et detestando ut supra, cadat in penam XL denariorum illic et absque aliqua mora persolvenda.

rum, medietatem domino
Capitaneo et reliquam commu=
ni applicandam, et fiat ibi
mandatum per dominum Cod. B. 127 per dominium
Capitaneum quod a dicto
loco non recedat, nisi sol=
vat penam predictam.
De incantationibus stero
que fierent preter supra=
dictum ordinem, clare di=
stinctum, contrafaciendo in
excedendo contra predicta,
nulla censeatur ejus in=
cantatio, nec acceptari
nec recipi debeat talis
incantatio neque admitti.

(- - - — - -)

~~A 63 bis.~~
260 Cod. A 63 bis.

~~261~~. De Judeis.

Primo quod omnes Judey habitatores ~~Utini~~ teneantur et debeant portare O. zallum super vestem exteriorem sic patentem quod possit ~~ibidem~~ videri, ut ab omnibus ipsi Judey cognoscantur, in pena XX soldorum exigenda irremissibiliter a quolibet contrafaciente totiens quotiens contrafactum fuerit, que tamen elapsis prius XV diebus post proclamationem de hujusmodi ordinamento factam exigi debeat ut supra. Cujus pene medietas applicetur domino Capitaneo et reliqua medietas communitati ~~Utini~~ (1) — —

1) Oltre la rubrica que ~~ci~~ era ~~dopo~~ in reintegrazione del contiene ~~le seguenti~~ altre disposizioni:

Item quod nullus judeus et judea presumat exire domum eorum habitationis in diebus jovis veneris et sabati et dominice sancte durante offitio divino dicti diei sabati in pena predicta exigenda ut supra.

Item quod nullus judeus et judea diebus processionum que fiunt in terra Utini presumat exire domum quamdiu clerus cum populo circuit terram Utini, in pena predicta exigenda ut supra.

Item quod nullus judeus presumat mutuare ad usuras nec aliquid vendere per se vel alium in terra Utini diebus nativitatis resurrectionis et ascensionis domini nostri Jesu Christi ac diebus Veneris sancti et corporis Christi et in die assumptionis beatissime et gloriosissime virginis Marie matris domini nostri Jesu Christi, in pena viginti soldorum exigenda ut supra.

1) ~~(1)~~ 1424, 28 ottobre (In Consiglio) ~~terre Utini~~ [illegible] et diffinitum fuit quod Judei qui habent pacta cum communitate nec aliqui de ipsorum familia non debeant nec compellantur ad portandum litteram sive signum O vel aliud signum et quod conserventur durantibus pactis in eorum pactis et consuetudinibus sicut hactenus fuerunt et steterunt non obstantibus aliquibus statutis noviter factis contra eos [illegible] publicatis seu proclamatis que nullatenus praticari ~~tm~~ ac observari debeant pactis eorum durantibus. Ann. 23, 267 t.

261

262. De eisdem.

Item quod nullus Judeus
et Judea presumat exire
domum eorum habita-
tionis in diebus ~~Jovis~~, iouis
Veneris et Sabati ebdo-
made Sancte durante
officio divino dicte diei
Sabati, in pena predicta
exigenda ut supra. —

V C.I (.7.) 6[illegible]

261

263. De eisdem.

Item quod nullus Ipē ju-
deus et Judea diebus
processionum que fiunt
in terra Utini presu-
mat exire domum quam-
diu clerus cum popu-
lo circuit terram Uti-
ni in pena predicta
exigenda ut supra. —

264. De hisdem.

Item quod nullus Iudeus presumat mutuare ad usuras nec aliquid vendere per se vel alium in terra Atini diebus Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis domini nostri Jesu Christi ac diebus Veneris sancti et corporis Christi et in die Assumptionis beatissime et gloriose virginis Marie matris domini nostri Jesu Christi, in pena viginti soldorum exigenda ut supra. — —

264 De revendigulis fructuum.

Item statutum fuit ~~et~~ ac reformatum, quod nullus vicinus ipsius vel habitator maris vel femina terre Utini per se vel alium audeat vel presumat emere aliquos fructus causa revendendi ante horam tertiarum in Utino et suis pertinentiis, sub pena X soldorum et perdendi fructus pro qualibet ~~vice~~ qua contrafactum fuerit. Cujus pene medietas sit Capitanei, alia communis. (1)

(1) Poma

1427, ~~xxvii Aug.~~ 17 Aug. (Inlon…) Ordinatum fuit quod nullus vel nulla revenditrix poma audeat emere poma nisi supra platheas et qui contrafecerit cadat in penam … et X solidorum. Ann. 1, 27

I, 24

Poma

1361, ~~xviiii~~ 15 Jun. (in …). Proposuerunt venditores poma supra pomis eisdem acceptis per d. Capitaneum, … fuit quod usque ad terciam non possint emere poma singulis diebus, die vero sabati usque ad meridiem in pena X soldorum, medietas Capitaneo et alia comuni attribuenda. Ibid. 3, 42

~~III, 42~~

26[illegible]

A 65

265. Cod. 86.

266. De mercatoribus porcorum.1)

Item statutum fuit et ordinatum, quod nullus vicinus (2) civis vel habitator terre Utini audeat vel presumat habere partem porcorum cum mercatoribus forensibus vel juvare ipsos mercatores forenses vendere ad minutum in terra Utini porcos, sub pena XXV librarum soldorum. Cuius (huius) tertia pars sit domini Capitanei, tertia communis et tertia accusatoris.

1) Cod. Joppi: Quod nullus vicinus audeat juvare vendere porcos forensibus

(2) Cod. A 6t.

[illegible]

266
1427, ~~XXX~~ 29 Sept.
267 (a) 266 De Utinis et agnatis.

In Christi nomine amen.
Anno nativitatis ejusdem mil-
lesimo quadringentesimo
trigesimo septimo Inditio-
ne quinta die penultimo
mensis Septembris in pole-
no arengo totius ~~communita~~ universitatis
-tis ~~[illegible]~~ terre Utini ad
sonum campane more soli-
to congregato super sala
domus consilij coram Ma-
gnifico et generoso viro do-
mino Vitale Miani pro Il-
lustrissimo ducali dominio
Venetiarum etc. Patrie
Forijulij Locumtenente
ac sapienti et egregio
viro domino Philippo de
Uridiijs legum doctore
ipsius terre honorabili
Capitaneo. In quo qui-
dem arengo interfuerunt

tam nobiles istius quam po-
pulares in multitudine co-
piosa. Ad evitandum scan-
dalis et odijs que verisi-
militer oriri possent in
terra Utini et pro commu-
ni bono statutum et or-
dinatum fuit, quod si ali-
quis civis vel habitator
dicte terre Utini cujuscu-
conditionis existat, ha-
buerit rem stabilem in
ipsa terra Utini et bur-
gis et voluerit eam vende-
re vel alivellare vel alie-
nare, propinquioribus con-
sanguineis suis volenti-
bus pro uno suo, et ipsis
recusantibus, tunc illi vel
illis propinquioribus vici-
nis qui magis confina-
rent et possiderent aliqua
bona stabilia prope illam
rem talem stabilem ven-
dendam, alivellandam vel
alienandam (velandam), illam emere
vel ad livellum recipere
volentibus pro illo vero pre-
tio dicto libello et pactis et

Cod. A. 82 t. habuerit rem [illegible] terram vel ortum vel ar[illegible] et voluerit.

+ Cod. A. tunc vicinis et propinquioribus illius domus [illegible] vel terreni [illegible] [illegible] qualibet [illegible] quam illam [illegible] pro illo vero pretio [illegible] habent [illegible] [illegible]

2 67/(6)

(1) Si unisce la prima proposta di questa rubrica differente alquanto da quella che venne sanzionata traendola dal cod. A 82.

~~(1) vedi cod. A 82 ha la prima proposta di questa rubrica alquanto differente da quella che [illegible] approvata.~~

~~[illegible]~~

267. (6). Statuta fienda in pleno Arengo.

Ad ovviandum scandalis que verosimi[illegible] [illegible] possent in Terra nostra Utini [illegible] ~~[illegible]~~ Communi bono statuimus [illegible] quod si aliquis civis seu [illegible] Terre Utini cujuscumque conditio[nis] [illegible] habuerit domum terrenum [illegible] sive arguam, et voluerit illam [illegible] vendere vel alio quovis titulo [illegible] vel allivellare, teneatur et [illegible] vel illud proferre, dare vel allivellare proximioribus [illegible] suis volentibus pro usu suo [illegible] [illegible] confinantibus dicte vicinie et [illegible] vicinibus illius domus, argue, vel terreni; illam vel illud emere [illegible] potius quam alteri persone [illegible] vero precio quod ab aliis habere [illegible] vendere. Et si quis contrafecerit [illegible] determinamus dictam talem [illegible] vel alienationem contra

Anno MCCCCXXVII, ind. V, die penultimo Septembris; actum Utini supra magna sala domus Communis coram magnifico et generoso viro D. Vitale Miano pro Ill.mo Ducali Dominio Venetiarum Patrie Forijulii generali Locumtenente etc. in pleno Arengo ad sonum campane pro infrascriptis peragendis more solito congregato in quo interfuerunt etc.

Item in dicto Arengo surgens egregius legum doctor D. Johannes Moysi unus ex DD. ~~[illegible]~~ sexdecim Deputatis ad regimen Terre Utini proposuit qualiter cum consensu et voluntate Mag.ci et generosi viri D. Vitalis Miano etc. Generalis Locumtenentis ipsi DD. Deputati ad Regimen participato colloquio cum pluribus et notabilibus aliis notabilibus civibus hujus nostre Terre Utini pro bono et tranquillo statu ipsius Terre et civium et ad honorem et statum prefati serenissimi nostri ducalis dominii formaverunt quatuor statuta tenoris infrascripti, instans idem D. Johannes ibidem diffiniri per omnes et totum Regimen ut ipsa statuta fieri, publicari et ~~[illegible]~~ observari debeant. Quorum quidem statutorum tenor talis est:

Ad obviandum etc.

tam nobiles illos quam po-
pulares in multitudine co-
piosa. Ad ovviandum scan-
dalis et odijs que verisi-
militer oriri possent in
terra Utini et pro comu-
ni bono statutum
dinatum fuit, quod
quis civis vel ha
dicte terre Utini
conditionis exist
buerit rem stabil
ipsa terra Utini
gis et voluerit ven
re vel alivellare
nare, proximioribus
sanguineis suis
bus pro non suo
recusantibus, tun
illis propinquiori
tis qui magis co
rent et possiderent
bona stabilia prop
rem talem stabi
dendam, alivellan
ali~~enandam~~ velandam illam emere
vel ad livellum recipere
volentibus pro illo vero pre-
tio dicto livello et pactis et

(1) Si unisce la prima proposta di questa rubrica differente alquanto da quella che venne ~~sanzionata~~ sanzionata traendola dal cod. A 82:
~~(1) Nel cod. A 82 ne la prima proposta di questa rubrica alquanto differente da quella che fu approvata.~~

267. ~~266~~ (b). Statuta fienda in pleno Arengo.

~~Deest~~

Ad ovviandum scandalis que verosimiliter oriri possent in Terra nostra Utini et pro communi bono statuimus et ordinamus quod si aliquis civis seu habitator Terre Utini cujuscumque conditionis existat habuerit domum terrenum vel ortum sive arguam et voluerit illam vel illum vendere vel alio quovis titulo alienare vel allivellare, teneatur et debeat illam vel illud proferre, dare et vendere vel allivellare proximioribus consanguineis suis volentibus pro usu suo et ipsis recusantibus tunc vicinis et propinquioribus illius domus, argue, orti vel terreni; illam vel illud emere volentibus potius quam alteri persone pro illo vero precio quod ab aliis habere posset seu vendere. Et si quis contrafecerit ex nunc determinamus tunc talem venditionem vel alienationem contra

presens ordinamentum factam nullius esse valoris ac cassam, irritam et inefficacem esse et ipsum venditorem tunc teneri, si vendere vel et alienare voluerit, ipsam domum arguam vel et artum aut territorium de novo praeferre et vendere, seu allivellare vel et alienare proximioribus consanguineis valentibus pro se et usu pro. et ipsi renunciantibus, propinquioribus vicinis ut supra declaratum est. et renunciantibus proximioribus consanguineis, ac renunciantibus propinquioribus vicinis, tunc possit vendere et alienare cui voluerit et si quis contra fecerit cadat in penam librarum soldorum XXV. pro singula vice. cuius pene tertia pars sit D. Capitanei et alie due partes Communitatis Utini; et nihilominus talis alienatio contra presens ordinamentum facta sit nullius valoris et observari debeat in talium rerum alienatione modus et ordo predictus ut supra. —

conditionibus, quod et quae ab aliis
habere potuisset seu posset. Et si-
quis contrafecerit vendendo, ali-
vellando vel alienando contra for-
mam praedictam, statutum fuit et
ordinatum ex nunc prout ex tunc
et tunc prout ex nunc talem ven-
ditionem, alivellationem vel alie-
nationem nullius esse valoris,
efficatiae vel momenti ac irritam
et cassam, et talem venditorem,
alivellatorem vel alienatorem
tunc obligatum esse et teneri ven-
dere, alivellare vel alienare ipsam
rem stabilem proximioribus con-
sanguineis pro se et non suo eme-
re vel habere volentibus, et tunc
ipsis recusantibus propinquioribus
vicinis qui aliquam rem stabilem
magis prope illam rem stabilem
vendendam vel alienandam possi-
derent, pro eodem vero pretio et
livello, pactis et conventionibus
quae ab aliis habere posset seu
potuisset. Et praedictis proximiori-
bus consanguineis ac propinquio-
ribus vicinis recusantibus, tunc
impune ipsam talem rem stabi-
lem vendere, alivellare vel aliena-

.. possit cui vel quibus
sibi melius placuerit.
Et siquis modo quolibet
contrafecerit, cadat in
penam XXV librarum
soldorum pro singula
vice, Cujus (cuius) pene tertia
pars sit ad domini Ca-
pitanei et alie communi-
tatis Utini. Et nichilo-
minus venditio, alivella-
tio vel alienatio facta
contra formam et teno-
rem ipsius (presentis) statuti ipso
facto sit irrita, cassa
et nullius valoris. Et
talis venditor, alivellator
sive alienator teneatur
observare formam pre-
sentis statuti, et hec
habeant locum in futu-
ris venditionibus, alivel-
lationibus vel alienatio-
nibus tantum (1).

26[illegible] [a] De dicentibus verba turpia in consilio vel coram dominis deputatis.

Item pro bono et pacifico statu ~~comuni~~ ciuium terre Utini et ad mollendum odia, inconvenientia et scandala que oriri possunt in ipsa terra Utini, statutum et ordinatum fuit, quod de cetero nulla persona cuiuscumque status, gradus seu preheminentie existat vel sit, audeat seu presumat quoquomodo dicere seu proferre aliqua verba iniuriosa, turpia aut inhonesta in consilio comunitatis Utini aut coram deputatis super regimine ipsius comunitatis, aut aliquid dicere vel facere quod resultet sive ce-

dat in dedecus sive obro
brium et verecundiam
dicti consilij deputato=
rum et reginimis dic=
te communitatis, sub pe=
na librarum L soldo=
rum, in quam penam in=
currat ipso jure nullo
alio processu inde facto
sive subsecuto. Cujus
pene tertia pars sit do=
mini Capitanei, alie
due partes sint comu=
nis Utini. Si vero ali=
bi quam in consilio
seu coram deputatis et regi=
mine dixerit aut fecerit
talia verba iniuriosa, tur=
pia seu inhonesta vel ten=
dentia in obrobrium, dedecus
et verecundiam consilij et
reginimis ipsius communita=
tis, ipso jure sit condem=
natus in libras soldo=
rum XXV, cujus pene
tertia pars sit domini
Capitanei, alia tertia ac=
cusatoris et alia tertia
comunis Utini. Et credatur

accusacionem facere debeat accusans cum iuramento in presentia D. Capitanei et duorum ex dominis septem deputatis et tenebitur in secreto, et esse debeat talis accusator homo bone fame et conditionis; volentes tamen quod stetur deliberationi consilii terre Utini si illa verba que quis dixerit aut protulerit fuerint iniuriosa vel redundent in damnum, dedecus et verecundiam consilii communitatis aut regiminis ipsius terre Utini, vel non.

Cod. A 83 Item ~~statutum et ordi~~natum fuit, quod de cetero nulla persona audeat vel presumat dicere verba iniuriosa alicui altere persone extra Consilium sub pena soldorum XX, cuius pene medietas sit D. Capitanei, alia sit Comunis, et credatur iuramento accusatoris cum uno teste fide digno. Et qui primo inceperit iniuriari solvat penam, alter nichil solvat, sed si non posset apparere qui primo inceperit, quisquis iniurians solvat penam dimidiam ut supra.

(1) Aggiungiamo anche a questa rubrica il tenore ~~Nel citato Cod. A 82 t.~~ della relativa proposta fatta nell' a. 1348, ~~che fu poi modificata~~ ~~nella definitiva redazione~~, traendolo dal cod. A 82 t.

268. (b). Item pro odiis abolendis et extirpandis statuimus et ordinamus, quod nullus civis vel habitator Terre Utini cujuscumque gradus, status et conditionis existat, audeat vel presumat in consilio terre Utini vel coram dominis deputatis et regimine ipsius terre aut super platea comunis aut in judicio vel aliis locis dicere vel proferre aliqua uerba injuriosa contra consilium et comunitatem ipsius terre Utini vel contra dominos deputatos et regimen ipsius terre ~~[illegible]~~ Utini, vel aliquid dicere quod cedat ad dedecus, obprobrium et verecundiam ipsius consilij et comunitatis vel regiminis: quod si quis contrafecerit talia committendo in consilio vel coram dominis deputatis et regimine vel in judicio aut super platea comunis, cadat in penam Ti. librarum soldorum et si in aliis locis dixerit et contrafecerit cadat in penam XXV librarum soldorum, cujus pene tercia pars sit d. Capitanei, tercia sit accusatoris et alia tercia pars sit comunitatis: et si non erit accusator sed aliter sciatur, tunc due partes ipsius pene sint comunitatis Utini et tercia sit d. Capitanei ut supra. Quam

sacramento dicti accusatoris cum uno teste fidedigno, et teneatur in credentia dum modo dictus accusator sit persona bone conditionis et fame in discretione dominorum deputatorum. Et talis accusatio deponatur coram domino Capitaneo cum duobus ex dominis septem deputatis. Verum si verteretur in dubium utrum talia verba sic prolata fuerint injuriosa, turpia, inhonesta seu tendentia in obrobrium et dedecus regiminis et comunitatis, hoc sit in determinatione et declaratione consilij terre utriusque seu majoris partis consilij, et hoc statutum sic precise et inviolabiliter observetur (1) —

784
269

~~A 83.~~

269. Cod. A 83.

Lib. XV

~~C. E. 5. 87~~

269 De non portandis armis in consilio.

Item ad removendum scandala et inconvenientia que oriri possent in dicto consilio terre Vtini, statutum et ordinatum fuit, quod de cetero nullus de consilio vel aliquis alius audeat vel presumat portare arma offensibilia in consilio terre Vtini, ut puta spatam, cultellum magnum vel alia magna arma offensibilia, super quibus stetur determinationi consilij, sub pena X librarum soldorum totiens exigenda quotiens contrafactum fuerit. Que pena irremissibiliter aufferatur per dominum capitaneum et camerarium

[dicte, procuratores communis terre Utini] sub vinculo sacramenti. Cujus pene tertia pars sit domini capitanei et alie due partes sint communis Utini.

285

276

270. De forensibus non permittendis vendere vel minutum in terra Utini.

Intendentes utilitati et commoda ac profectui nostrorum civium, praesertim illorum qui pondus (diei) sustinent et estus salubriter providere; cum dignum sit quod qui onera patiuntur sentiant similiter profectus et commoda, Statuimus et ordinamus quod nullus forensis cujuscumque status gradus ordinis vel conditionis existat audeat seu praesumat in terra Utini burgis et ejus districtu vendere seu vendi facere ad minutum oleum seu aliquas speciarias, sicut est piper

piperatas spetiës, zaffaranum, zuccharum, zenzarum aut alias confectiones ac incensum, uvas passas ultramarinas, amigdolas, risum aut speciarias alias cuiusvis generis, seu tuninam moronam et anguillas salatas; sed possit vendere in grosso in quantitate inferius specificata. Et intelligatur quod vendatur ad minutum oleum videlicet de uno miero infra, zaffaranum, piper, piperatas species, zinzerum, incensum, cucharum aut alias confectiones de una libra infra, uvas passas, amigdolas, risum, tuninam, moronam et anguillas salatas a decem libris infra. In grossum autem a dictis ponderibus supra impune vendere possit. Et si quis contrafecerit, cadat in penam octo librarum

soldorum pro quolibet con-
trafaciente et pro qualibet
vice. Que pena totiens
exigatur et exigi possit quo-
tiens fuerit contrafactum,
et ~~pocdendi~~ oleum et perdendi
alias res venditas. Cujus
pene tertia pars sit do-
mini Capitanei, tertia
communis Utini et alia
tertia pars sit judicum
et juratorum terre Utini,
si contrafaciens per eos
~~[illegible]~~ repertus fuerit; alias
ipsa tertia pars sit ac-
cusatoris, quam accusatio-
nem facere teneatur cum
sacramento coram domi-
no Capitaneo et duobus
de consilio et tenebi-
tur in secreto. ||| —— (1).

(1) 1425, 28 sept. Item fuit propositum (in Arengo) [~~Terre Utini~~] pro parte speciariorum et apothecariorum terre Utini et maxime instatum et supplicatum ut provideretur quod forenses non possint vendere in Terra Utini ad minutum oleum nec aliquod pertinens ad apothecariam; fuit deliberatum et commissum DD. Deputatis et Consilio ad providendum et disponendum pro bono statu et fructu Terre Utini ut supra. Ann. 24, 1 t.

27. De custodibus tabelle.

Utini.

Ut materia furandi tollatur et ut cives et habitatores terre Utini suos fructus colligere possint, statuimus et ordinamus, quod a primo die Maij usque ad primam diem Novembris anni vero in prima hora noctis claudantur porte terre Utini cum clavibus et non aperiantur nisi pulsata alle-rinaria de mane, nisi venirent cives ipsius terre, quibus aperiri possit et subito claudi. Item quod de communi provideatur quod supradicto tempore reperiantur custodes boni et sufficientes quibus deferatur sacramentum

et Vadant et custodiant
omni die tabellam Uti
ni. Et si aliqui vel ali
qui reperti fuerint per
dictos custodes vel per
dominum fundi sive ejus
familiarem accipere
bona aliquorum civium
vel habitancium in ter
ra Utini, quod dicti cu
stodes teneantur per
eorum Sacramentum
denunciare dominis de
putatis terre Utini
vel domino Capita
neo Utini, et talis ac
cusatus ipso jure con
dempnatus sit in libris
sex soldorum quarum
tercia pars sit domini
Capitanei, tercia comu
nis et tercia ipsius cu
stodis accusantis. Et
irremissibiliter dicta
pena auferatur et te
neatur reficere dam-
num passo; et si ali
quis intercesserit pro
dictis delinquentibus

ipso facto puniatur dic-
ta poena applicanda pro
duabus partibus communi
et pro tertia domino Ca-
pitaneo. Quod etiam
poena infallanter aufe-
ratur dictis intercedenti-
bus, et credatur ipsis of-
ficialibus et domino fun-
di sive eius familiari
per eorum sacramen-
tum: non tamen vendi-
cet sibi locum praesens
statutum in euntibus
aucupatum et venatum,
sed solum in damni-
ficantibus et recipien-
tibus bona supradicto-
rum civium et habi-
tantium in terra Uti-
ni. Et si damnifi-
cans non fuerit sol-
vendo, tunc ponatur
in carceribus et quin-
decim diebus teneatur
loco poenae. Laus Deo.

Appendice I a rubr. 33 Vicini I

*a rubr. 33

MCCCXLIII.

Ad laudem omnipotentis Dei eiusque gloriose genitricis iuret Vicinus recipiendus in vicinium comunis Terre Utini attendere et observare omnia que inferius adnotantur et omnia alia et singula que ad laudabilem et bonum vicinum spectant.

Primo honorem et statum reverendissimi Domini nostri D. Patriarche, qui pro tempore fuerit et sancte ecclesie matris nostre utilitatem, augmentum, statum et tranquillitatem Comunis et Terre Utini et cum suo domicilio videlicet loco et foco, massaritia et familia stare et habitare in Terra Utini saltem per quinquennium continuum.

[Anno 1395, ind. III, die lune XV novembris reformatum fuit per Ser Leonardum q. Ser Hectoris Capitaneum et totum Consilium Terre Utini quod de cetero debeant vicini recipiendi iurare ... continue cum loco et foco ut supra.]

Item insistere viribus et posse, consilio auxilioque D. Capitaneo qui pro tempore fuerit et consilio quod unicuique ius et iustitiam universaliter attribuantur.

Item quod secundum bonam et legalem conscientiam et opinionem in quibuscumque casibus et questionibus tam criminalibus quam civilibus seu realibus si et quando petitum fuerit ab eodem sententialiter diffiniri per Dominium, sententiabit et laudabit recte et legaliter remotis amore, timore, prece et pretio.

Item quod singulas angarias, factiones et impositiones

XXXI ... fact vult fieri vicinus Pilegrino de Venzon honorem D. Patri ... statuta Terre obse ... habebit ... tam ... quo ... in pr ... omnes ... ni ... cumque fu ... fideliter ... credenza ... salatum ... qu

in quo ...

(2)

sibi ut vicino imponendas faciet animo puro et conscientia bona.

Item quod ab aliquo forense contra aliquem vicinum Utini eiusque bona et bonorum possessores non accipiet vel assumet ius vel actionem seu procuratorium aut aliquod aliud mandatum aliquam pecas actionem.

Item quod non paciscetur modo aliquo nec partem alicuius mercimonii cum aliquo forensi tenebit vel habebit in damnum, nocumentum, deteriorationem, fraudem, dolum, preiuditium alicuius vicini.

pena. Item quod si contrafecerit non habitando per quinquennium ut supra vel ius et actionem acquirendo aut procuratorium assumendo seu tenendo vel habendo partem mercimoniorum in damnum alicuius vicini ut supra dictum est, noscat se in penam 2 librarum parvorum incidisse in singulis et in qualibet ipsorum trium capitulorum intelligenda et toties exigenda quoties contrafactum fuerit, qua pena totaliter Comuni Terre Utini applicetur.

[1395. xv novembris reformatum fuit quod pena debeat ammodo esse centum librarum.]

f 250 R[illegible]

Et generaliter faciet, exercebit et bona fide puraque conscientia ac recto animo operabitur omnia et singula fideliter et legaliter que debet et tenetur quilibet bonus rectus et legalis vicinus facere.

(3)

Item notificandum est vicino cuilibet futuro quod in aliquibus suis gravaminibus illatis vel quibuscumque suis peragendis usque ad diem in qua pro vicino assumitur et habetur, Commune Terre Utini non vult nec se obligat eum adiuvare nec pro ipso aliquid facere salvo quod in actu pacis fiende, sed a die in qua pro vicino assumitur in antea in futurum, vult et se teneri obligat sicut pro quocumque alio vicino dicte Terre facere tamdiu quamdiu pro vicino duraverit. (1) Da copia del sec. 18. nell'arch. Mun. Ud.

(1) Vol. C, XXXIX Citt., pag. 168. ~~Arch. Munic. Udine; copia del sec. XVIII~~ (2)

(2) Anno 1395, ind. III, die lune XV novembris reformatum fuit per ser Leonardum q. ser Hectoris Capitaneum et totum Consilium Terre Utini quod de cetero debeant vicini recipiendi iurare vicinantiam per octo annos continuos cum loco et foco ut supra.

1395, XV novembris reformatum fuit quod pena debeat ammodo esse centum librarum.

1395, XV novembris per totum Consilium Terre Utini statutum fuit et ordinatum quod nullus qui deinceps fuerit acceptatus in vicinum debeat admitti ad aliquod officium Comunitatis Utini, nisi steterit in dicta Terra post ipsam acceptationem vicinantie octo annis, nisi ex gratia speciali Consilii et Comunitatis. Ann. 11, 250.

1306, 11 [illegible] - Udine [illegible]

[illegible]

II (a rub. 54–58)

~~Appendice II a rub. 54-58.~~

~~App. II (V. Rub. 54.)~~

[(1379–1380) ~~durante~~ il capitanato del Cav. Azolino de Gumbertini]

De prohibicionibus quod non fiant quietaciones per aliquos adultos eorum tutoribus vel curatoribus, expirato dicto officio de administracione rationibus per eos reddendis.

Item statutum et ordinatum fuit, per ~~sapientem et egregium virum D. Azolinum de Gumbertinis de Utino militem et legum doctorem~~ Capitaneum et Consilium ~~et comune terre Utini~~ supradictos dominos quod de cetero quia multe comittebantur fraudes et deceptiones in negociis adultorum et aliarum miserabilium personarum, quod nemo adultus seu pubes nec aliqua alia miserabilis persona, demens vel infirmita existens, comprehendendo utrumque genus, cuius bonorum gestio vel administracio per aliquos tutores vel curatores ad negocia dicta gesta et administrata fuerit exercendo officium tutelle vel cure vel aliud quodvis officium testamentarium, datiuum vel naturale aut legitimum debitum jure nature, possit nec audeat facere aliquas quietaciones particulares vel generales seu aliquas alias conventiones vel facta quomodocumque qualitercumque et quandocumque facta, condicionalia vel absoluta, quominus jus integrum illesum et immaculatum remaneat libere et expedite, directe et indirecte penes illum cuius bona administrata fuerunt, ad petendum et agendum contra eum administratorem, tutorem vel curatorem aut alium legitimum administratorem, eius heredes et bona, pro racionibus administracionum (sic!) reddendis cum integra residuorum consignacione, nisi illas quietaciones, convenciones vel pacta fecerit cum solempnitate hac, videlicet in Consilio coram D. Capitaneo et consiliariis et cum approbacione Deputatorum seu maiorem partem ipsorum ad negocia pupillorum et adultorum etc. in terra Utini ibidem residencium, quod raciones administracionum de quibus ibi debent fieri quietaciones, audiverint, viderint, examinaverint et calculaverint, et concluendo saldaverint; declarando quoque conclusiones predictarum racionum per eos factarum, et laudancium et approbancium quod huiusmodi quietaciones fieri debent administratoribus

supradeclaratis vel aliqui alicui ex ipsis declaratis. Si quis autem contrafaciendo contra presens ordinamentum vel contra aliqua de predictis fecerit; faciendo quietaciones, conventiones vel pacta aliter vel alio modo quam supradictum est, videlicet preter dictam solempnitatem supradeclaratam, ipse quietaciones, conventiones vel pacta ipso jure ex nunc prout ex tunc sint cassa, invalida, vana et nullius valoris, que ex nunc quotquot fuerint ut supradictum est tolluntur, cassantur et annullantur per presens ordinamentum et eius vigore, et nichilominus in eo casu condempnatur per presentis ordinamenti tenorem ex nunc sicut ex tunc quilibet recipiens tales quietaciones, conventiones vel pacta per se vel aliquam interpositam personam suo nomine vel pro eo recipientem in pena XXV librarum parvorum; notarius vero ~~Notarius vero~~ scribens tales quietaciones, conventiones vel pacta in pena unius marche denariorum, quilibet vero testis qui adfuerit predictis pena XL. denariorum tociens exigenda quociens fuerit contrafactum, quarum penarum

(18)

d.
: Tercia pars applicetur d. Capitaneo
et reliquae duae partes Comuni Utini,
et ipsis penis solutis vel non solutis ta-
men effectus presentis ordinamenti in
omnibus et per omnia serivetur et obti-
neatur. Cod B. 128.

~~Appendice IVa rubr. 89~~ IV (a rubr. 89)

1390, 22 augusti in pleno Consilio ad sonum campane more solito congregato coram provido viro Johanne de Fusco vicecapitaneo pro prudenti viro D. Gulielmo Furlano honorabili Capitaneo Terre Utini, supra salla magna domus Consilii; in quo quidem Consilio interfuerunt etc. et ultra Consiliarios interfuerunt etc.

~~Appendice III a rubr. 92~~ III (a rubr. 92) (9)

1465, penultimo augusti: Super propositis per D. Joannem de Cavalcantibus legum doctorem unum ex DD. Deputatis ac regimen pro se et collegis suis instantem providere super eo quod omnes cause et differentie reducuntur ad Consilium, propter quod multa consequuntur incomoda in Terra Utini, primo quia Consilium occupatum propter istas causas non potest providere negotiis rei publice: item quia iudicia temporalia et spiritualia ac D. Capitanei destruuntur et sequitur magnum incomodum et ideo provideatur quod partes remittantur ad eorum Judices etc. Determinatum, consultum et obtentum fuit quod nulle cause attrahantur ab eorum Judicibus ad Consilium invitis partibus, exceptis causis tangentibus pupillos, orphanos et miserabiles personas que nichil habeant ad spendendum in litigando, in quibus causis tunc Consilium possit providere et partes cogere prout ipsi Consilio videbitur. Ann. 20, 146.

~~Ann. 13, 146~~

clamacionem publicatum
fuit per dictos
Utini sibi et legali
asum enormissi-
litis D. Federicii
Sancte Dei
um presentem
imi exemplum
et precavere co-
rei: nec non etiam
aliter pravantur,
cavere de talibus
ndo ipsis solemniter

l advertat quo
ia Terra Utini
cumque conditionis
cuin personam
umque inito
occisus vel inter
vindicta per ipsam
licet;

Quod quicumque insurgentes homicidas homicidam hujusmodi nostri vicini occisi seu interempti ex nunc prout ex tunc clarificando communitas Utini illi facta vindicta scilicet interficiendo aut capiendo et dando Communitati, ipsa Communitas promittet similiter et sine aliqua dilatione et immediate dare et sibi

~~Appendice IVa ... 89~~ ~~III~~ IV (a ... 89)

1390, 22 augusti in pleno Consilio ad sonum campane more solito congregato coram provido Ser Johanne de Fuxo vicecapitaneo pro prudenti viro D. Gulielmo Furlano honorabili Capitaneo Terre Utini, supra salla magna domus Consilii; in quo quidem Consilio ~~interfuerunt etc.~~ et ultra Consiliarios interfuerunt etc.

Ordinamentum per publicam proclamacionem publicatum.

Reformatum deliberando et statutum fuit per suprascriptos D. D. Capitaneum et Consilium. Quia Communitas Utini fidelis et legalis subiecta Sacrosancte Aquilegensis Ecclesie respiciendo casum enormissimum scelerate mortis olim egregii et nobilis militis D. Federici de Savorgnano crudelissime interempti in Ecclesia Sancte ~~Dei~~ dum ipse audiebat Sacratissimum Misse Sacramentum presentiam universis vicinis et habitatoribus in ipsa Terra Utini exemplum evidentissimum ut quicumque ipsorum sibi debeat precavere eo maxime quia processit sicario et proditorio more: nec non etiam respiciendo plures insidias et minas quibus aliqualiter gravantur, et ostendentibus ipsis qualiter debeant se precavere de talibus casibus; ideo infrascripta reformando et statuendo ipsis solemniter providerunt.

Et primo quod si casus acciderit, quod Deus avertat quod aliquis vicinus ~~aut~~ vel habitator domiciliatus ~~liter~~ in ipsa Terra Utini magnus, mediocrus ~~aut~~ vel parvus in gradu cuiuscumque conditionis existens et cuiuscumque conditionis fuerit per aliquam personam forensem ~~aut~~ vel habitatorem Terre Utini quocumque modo de nocte ~~aut~~ vel de die ex veneno ~~aut~~ vel gladio fuerit occisus ~~aut~~ vel interemptus quovis modo indifferenter loquendo fiat vindicta per ipsam communitatem et vicinos omnes hoc modo videlicet;

Quod quicumque inveniendo fecerit homicidas ~~aut~~ vel homicidam alicuius de nostri vicini occisi seu interempti ex nunc prout ex tunc clarificando communitas Utini illi facta vindicta scilicet interficiendo aut capiendo et dando Communitate, ipsa Communitas promittet [illegible] et sine aliqua dilatione et immediate dare et sibi

tradere quingentas libras parvorum et non minus, sed ab inde supra adhuc plus ut dicta Communitas hoc providebit; et quod talis homicida seu homicide per Communitatem predictam et omnes vicinos ut supra debeat persequi in omnibus partibus mundi et citra et ultra mare donec facta fuerit vindicta.

Item quod similiter habeatur et tradatur dicto casu interveniente scilicet illi qui occiderit vel ~~aut~~ tradet communitati homicidam seu homicidas superius declaratos quingentas libras parvorum et non minus, sed ab inde supra adhuc plus, ut dicta Communitas in hoc providebit et ultra hoc ex nunc prout ex tunc sit liber et absolutus a quolibet banno Terre Utini quo astringeretur vel ~~aut~~ astrictus esset, excepto bannito propter proditionem sue Communitatis Utini.

(Et hoc intelligendo quod in dictis casibus non sunt inclusi casus simplices et in simplicibus homicidiis intervenientes videlicet ubi ex rixa vel ~~aut~~ verbis injuriosis vel ~~aut~~ actibus rixosis fit homicidium sed solum casus sicariorum et proditorum occidentium vicinos et alii casus quicumque prout dicta communitas declarabit. Reservato tamen ipsi Communitati ad fortificandum et firmandum ei adhuc expedierit de novo faciendas alias quascumque provisiones circa hec, firmis tamen remanentibus provisionibus supradictis)(1). Ann. 10, 59 t.

(1) Statuto fatto ~~per il nob. Federico di Savorgnano~~ uomo tra i cittadini Udinesi come parziale ~~degli Udinesi~~ ~~fu fatto uccidere~~ con Giovanni marchese di ~~Moravia Patriarca~~ d'Aquileja ~~il 16 febbrajo 1389~~.

(1). Statuto fatto a vendicare il nob. Federico di Savorgnano fatto uccidere il 16 febbrajo 1389 da Giovanni marchese di Moravia patriarca d'Aquileja perchè nelle differenze tra questo e gli Udinesi, il Savorgnano teneva ~~...~~ la parti della città.

[illegible]

[illegible]

~~Arrecolti vol. III carta 165 tergo e seguenti~~

~~Millo CCCLXII Ind. XV die dominico XIII Maij.~~ 96

V. (a rub. 96

~~Appendice V a rub. 96.~~

Anno Domini 1355 die dominico 23 augusti in maiori ecclesia S. Marie de Utino: electi Provisores in pleno Aringo qui habeant libertatem paci, in foro veteri Guronus sartor, in foro novo Candidus speciarius, in burgo superiori Zannusardo, in burgo Gregani Nicolussius de Percotto, in burgo inferiori ... Nicolaus Warbiti.

Deliberatum fuit in pleno Aringo per totum Aringum nemine ~~penitus~~ discrepante quod elligi deberet unus pro quolibet quarterio Utini, videlicet quinque boni viri et electi fuerunt quinque supradicti qui nominari debeant Provisores Comunis Utini, quibus attributa fuit plenaria potestas per totum Arengum quod ipsi quinque possint et debeant pacificare quoscumque rixam et concordiam habentes ad invicem et quaslibet dissensiones inter Vicinos Terre Utini ortas et oriendas quavis causa et ratione tollere et resecare, quinque sonare facere possint Consilium quandocumque et quociens eis visum fuerit expedire etiam preter voluntatem Capitanei sicut antiquitus fieri erat consuetum. Et maxime quando aliquis lamentaretur contra quemquam Vicinum de aliqua iniuria sibi illata per alium Vicinum vel D. Patriarcham aut Officiales suos, ... eius amore, prece vel precio aut timore idem D. Capitaneus se fingeret nolle facere sonare ipsum Consilium. Et omnia et singula facere operari et exercere que eisdem quinque magis et melius videbitur esse necesse. Et sic iuraverunt facere et complere corporaliter ad sancta Dei evangelia eis per me delato sacramento corporali tactis scripturis, cum hoc quod si predicti quinque non possent aliquem arrogantem inducere et coharcere ad ipsam pacem et concordiam faciendum, vel in hiis ~~...~~ aliquod periculum aut dampnum incurrerent, omnes alii Vicini eosdem adiuvare debeant et teneantur et astare supradictis quinque totis viribus et posse contra unamquamque personam de mundo contravenientem deliberationi, concordiis et diffinitionibus actibus quibuslibet eorum in predictis. Insuper habeant libertatem et bayliam quod si aliquis aggravaretur a D. Capitaneo contra debitum rationis vel a D. Patriarcha et Officialibus suis

teneantur et debeant ex eorum officii prestito iuramento etiam preter voluntatem D. Capitanei explicare et narrare ac proponere totam veritatem gravaminis Vicinorum Utini Domino Patriarche et ubi erit necesse ac sine aliquo timore et si D. Patriarcha vel aliqua alia persona presumetur contra eos pro predictis modo directo vel indirecto, omnes homines Utini eos conservare et adiuvare teneatur per sacramentum eorum, ita quod dampnum vel iniuriam minime paciantur. quod etiam observetur per prefatos Provisores si aliquis minimus, mediocer aut maior Vicinus Terre Utini caperetur per dominium et capi non deberet eo quod non tangeret personam et securitatem prestare posset. Ann. 2, 106.

~~Ann. 2, 106~~

Treugue

1357, 23 aug. (Consil.) Ipsum ordinatum fuit quod si aliquis fecerit treguas cum securitate vel sine securitate alicui persone de Terra Utini, quod usque ad terminum contentum in treguis modo aliquo non possit renunciare ipsis treguis, ymo quod debeant remanere firme et obligationes non obstante aliqua renunciatione fienda pro aliqua persona de aliquibus treguis. Ann. 2, 247.

~~Annali vol. III° carta 165 tergo e seguente~~

96

~~Mille CCCLXII Ind. XV die veneris XIII Maij.~~

~~Ind~~ 1362, ind. 15, die veneris 13 maii.

Congregato consilio et ultra consilium videlicet X pro quinterio in reffitorio Eclesie sancti Francisci ordinis fratrum minorum de Utino ad sonum campane, in quo quidem consilio interfuerunt infrascripti videlicet providus vir ser Mathiussius de Pramperge vice-capitaneus pro nobili viro domino Nicolussio de Villalta Capitaneo terre Utini, nec non Bennatus quondam ~~ser~~ Petri Baldini camerarius, Franciscus de Rinis et Fridericus Ottacini tanquam procuratores dicti communis terre Utini, Nobiles viri domini Franciscus et Paganus de Savorgnano milites, Aquilinus domini Gumbertini legum doctor, Nicolus dnis Orbitti ser Andriottus, ser Bilunissius, ser Leonardus Arcolonianus, dominus Gabriel de Cremona,

1157

ser Johannes Ravanus, ser
Missius, Margarittus, Ray-
nerius tusius, Johannes
domini Jacomini, Simon
notarius, Nicolaus Valen-
tini, ser Pinghus, Nico-
laus filius dicti domini
Gabrielis, Brunatius, Phi-
lippus ser Albrighetti, Ste-
phanus notarius, Hector
notarius, Jacobus Nasutti,
Zaninus Cardo, Venutus
Cataldinus, ser Nicolaus
Rancorus, Cucota, Ugutio,
Nicolaus magistri Grego-
rii Pincernius, Rodul-
phus Guzussii, Jacoma-
tius sartor, Michilinus
tusius, Thomas aurifex,
Odorinus Cassina, Jaco-
bus notarius Gelli, Anto-
nius de lasenrparia,
Johannes de Parma, Phi-
lippus magistri Girardi,
Uriolus, Nicolussius Bal-
darie, Johanninus porca-
rius, magister Petrus ex-
peditor, Vinturellus spa-
darius, Bonaguida specia-

rius, Paulus notarius, Johan-
nes Nanni aurifex, Cor-
radus domini Uzelli, Pe-
trus Aulivani, Pasciolus
de burgo, Morrachinus,
Puccardus, Franciscus
Miculitte, Paulus de Ar-
largis, Leonardutius cont,
Franciscus Bertulini, Can-
didus speciarius, Herman-
nus notarius Rusitti, Fran-
ciscus de Nimis, Leo-
nardutius de Perroto, Suppus
Cerdo, Laurentius pecora-
narius, Candidus nota-
rius et Raynoldus dra-
parius.
Ubi quidem per omnes
predictos unanimiter
et concorditer salubri-
ter providere intenden-
tes de statu tranquillo
et pacifico dicte terre
Utini, et ad ipsius refor-
mationem, volentesque
~~[illegible]~~ etiam obviare sin-
gulis iminentibus peri-
culis status ipsius terre
et maliciis specialiter

17.

quorundam maledispo-
sitorum rixas et scan-
dala plurima committen-
tium, statutum, diffi-
nitum et ordinatum
fuit:

Primo quod Capitanei
dicte terre Utini qui
pro tempore fuerint
habere et tenere de-
beant quaternum unum
in quo scribantur om-
nes et singule tregue
que fient inter quasvis
personas in terra Uti-
ni ut tam habeatur me-
moria de ipsis in casu
in quo infringerentur
quam ~~[illegible]~~ etiam
~~[illegible]~~ adveniente termi-
no ad ipsas treguas pro-
rogandas. Et quod Ca-
pitaneus ante expira-
tionem termini tregua-
rum precipuam curam
et solicitudinem habeat
ad ipsas prorogandas.

Item pro salubriori statu dicte
terre et validiori regimine

Quaderno delle Tregue [illegible]

[illegible] ufficiali.

officii capitaneatus dicte terre.
Item quod consilium dic-
te terre preces porrigat
domino nostro patriarche
ut dignetur dictum capi-
taneatum largiri commun
ipsius terre Item ut de-
fectu expendarum Capita-
nei qui pro tempore fue-
rint non obstante, como-
dius ipsum valeant regere
offitium sufficientem te-
nentes familiam, ad hoc
ut resistere valeant delin-
quentibus. Et si dictus
dominus patriarcha dene-
garet hoc facere, tunc pro
decentiori pretio quo po-
terit ab ipso ematur. Et
omni zelo amicitie et a-
moris postposito sed
solummodo intuytu justi-
tie eligatur per consi-
lium dicte terre Item suf-
ficiens persona in capi-
taneo ~~dicte~~ terre que Do-
mino ~~dictum~~ Deum timeat ~~et~~ ho-
norem suum conservet et
justitiam diligat et pre-

19

cedente voluntate et confirmatione ipsius domini patriarche provideatur dicto Capitaneo eligendo et confirmando per commune de Sollario competenti ad hoc ut teneat circha X vel XII familiares et unum notarium pro dicto officio Capitaneatus viriliter exercendo. Et quique quadie cujuscumque conditionis obvenionde effectualiter et sine qualibet diminutione exigantur convertende et deveniende in ipsum commune: Et nichilominus quod finito officio dicti capitanei ponantur ad Sindicatum.

Item quod elligantur quinque pro quinterio dicte terre Ultrini qui ~~habeante~~ habeant mitigase rixas et rumores et quod habeant libertatem et auctoritatem plenam faciendi treguas et rem- Pacificatori

sentibus facere percipiendi et mandandi sub penis consuetis ut faciant treguas; que pene exigantur sine diminutione aliqua contra delinquentes. Ac si in judicio et cum laude et sententia eis precepta facta fuissent, quas quidem treguas fiendas dicti elligendi statim notifficare debeant dicto domino Capitaneo qui eas ~~[illegible]~~ scribi faciet in quaterno predicto treguarum; et quod predicti elligendi jurare debeant predicta omnia facere bona fide, sine fraude, iuxta posse eorum. Et nihilominus quod predicti elligendi habeant libertatem convitandi ~~(coninitandi ?)~~ ~~[illegible]~~ de aliis bonis viris terre ad capiendum si expedierit quemcumque vulnerantem aliquem et ipsum consignandum dicto domino Capitaneo ~~[illegible]~~ ac etiam habeant plenam auctoritatem mandandi porta-

21

nerius ~~ut~~ claudere de-
beant januas terre ad
hoc ~~quod~~ ut hujusmodi
delinquentes evadere ne-
queant; prout ~~predicti~~
ibidem infrascripti de-
putati predicta omnia
facere et exercere jura-
verunt et versa vice pre-
dicti omnes consiliarii
spoponderunt plenarie
ipsis deputatis ~~et~~ in pre-
dictis astare. Deputati
autem sunt infrascripti
in suis quarteriis hinc ad
proximum festum Sancti
Michaelis futurum.
Primo in quinterio burgi
Aquilegie dominus Leonar-
dus Arcolonianus, dominus
Nicolussius Orbitti, ser
Missius, dominus Apoli-
nus et Cuccta.
Item in quinterio Grezani
Leonardutius de Percoto,
Venutus Cataldini,
Nicolaus Blasotti,
Philippus Albrighetto,
Brunatius.

In burgo Glemone
+ ser Galidesius
Zaninus de burgo
Pasiolus
Puleardus
+ Leonardus porcarius
In foro novo
Candidus speciarius
Magister Petrus exepertutor
Johannutus percarius
Iacomutius pellipparius
Paulus de Antargis.
In foro veteri
Stephanus notarius
ser Bilunissius
+ Carlavarius ser Uzelli
Franciscus de Nimis
Viutuvellus spadarius.

Item ut justitia non lateat in obscuris deffectu bonorum virorum sententiantium et discretarum personarum et ut omnis tollatur garula in juditio solita, provisum fuit ibidem per omnes predictos quod elligantur seto persone ydonee et discretione

27

matrice in dicta terra Utini que particulariter interesse debeant mane et in vesperis instantes dicto domino Capitaneo cum pro tribunali ad jus reddendum sederit, que secundum eorum puras conscientias una cum aliis ~~et~~ habilibus ad sententiandum ibidem presentibus, sententiare valeant, et si rumor insonaret in terra Utini, instare debent ipsi domino Capitaneo.

Item quod dictus dominus Capitaneus sollicitare et memores facere habeat ~~habeant~~ deputatos per commune ad tractandas paces ut exerceant eorum offitium inter discordes. ~~dilat~~ dillatione ~~postp~~ postposita facultatem.

Pacificatori

~~habeant~~

6 Item quod rogetur dominus patriarcha ut homicidas perse-

trantes in terra Utini,
in districtu Ecclesie a-
quilegiensis memoratam trahere
iniectam antiquam con-
suetudinem non per-
mittat. Ann. III. 3/155.

~~Ann. IV, ...~~

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis Domini MCCCLXIV, ind. II, de mense iulii. Ad laudem eius omnipotentis ac eiusque gloriosissime matris et laudabilem statum et pacis tranquillitatem Terre Utinensis infrascripta specialiter supra treguis non derogando aliquibus bonis et utilibus consuetudinibus et statutis supra hiis facientibus et loquentibus edita sunt.

Quia humane nature instigante hemulo sepe et sepius virtutes deprimuntur et vicia naturaliter oriuntur, ideo de novo emergentibus ad turbationem status quietis providendum salubriter expedit de novo consilio et remedio atque secundum iuris regulam dictum: ubi maius imminet periculum ibi cautius est agendum; reducendo igitur laudabiles et antiquas consuetudines diucius observatas ad statuta supra infrascriptis tanquam dignas memorie et honore conveniant: videlicet quod primo statutum et ordinatum fuit per nobilem virum D. Andream Maurocenum de Venetiis Capitaneum Terre Utini et Consilium eiusdem, quod D. Capitaneus qui pro tempore fuerit et eius vicesgerens possint et teneantur eorum officii debito sacramento in furoribus et actibus pleriandi omnes et singulos rumorizantes in Terra Utini, burgis et suburgis et eius confinibus ad treguas faciendum compellere cum penis consuetis videlicet in pena X soldorum, secundo XL den., tercio medie marche, quarto unius marche et quinto librarum L huiusmodi rumorizantibus in furore ut premittitur et in actibus pleriandi mandare sub penis supradictis sine cauda et sententia et etiam sine precone si ipso careret audacia constanti et demum recusantem seu recusantes facere treguas huiusmodi ei vel eis in mentis mandatis supradictis detinere in persona donec fecerit treguas huiusmodi: nichilominus ad penarum predictarum solutionem puniantur.

Item quod simili et eodem modo supradicti Iurati Terre Utini libertatem et auctoritatem Camerarius et Procuratores et generaliter omnes de Consilio Terre

21

Terre Utini habeant in predictis, excepta dumtaxat personarum captione, treguas autem huiusmodi factas in furoribus et actibus plaziandi per predictos officiales vel consiliarios Terre Utini seu aliquem ex eis teneantur et debeant ipse vel ipsi treguas facientes D. Capitaneo citius quam poterunt denunciare ut eas in quaterno speciali notare facere teneatur.

Item in quibuscumque discordiis et inter quoscumque Terre Utini ut premittitur ——— Ann. 4, p. 50.

Anno 1400, 21 aprilis [In consilio terre Utini] deliberatum fuit nemine penitus discrepante pro meliori parte et ne ex condemnationibus accidentibus in plures et plures vicinos propter plures et diversos rumores et enormes errores perpetratos in hac Terra maius scandalum oriatur, quod ad presens omnes offense facte in acta predictarum et consimilium questionum remittantur et quod eligantur penes egregium militem D. Tristanum de Savorgnano et tres officiales supra pace, duo alii notabiles cives qui omni solicitudine et diligentia procurent omnes discordias existentes inter cives tollere et discordes concordare, cum hoc, quod si aliquis esset tante duricie et perfidie quod omnino recusaret facere pacem ad quam erit hortatus per dictos sex deputatos, quod confinari debeat per spatium duorum mensium extra Terram ex causa huiusmodi contumacie seu inobedientie et ulterius elapsis dictis duobus mensibus debeat stare extra Terram usquequo nolet annuere paci. Et si contrafecerit non observando confines standi in hac Terra, debeat solvere talis contrafaciens pro qualibet die qua talis confinatus visus fuerit in hac Terra sive de die sive de nocte visus fuerit unam marcham denariorum et si non posset solvere capi debeat et retineri in carceribus tot diebus quot marchas solvere deberet ex tali contrafactione. Electi fuerunt penes predictos DD. Tristanum et deputatos ad pacem D. Johannes de Cavalcantibus et ser Nicolaus Ropretti ad paces inducendas. Ann. 14, 17t.

~~App. VI~~ pag. 3[illegible]

~~App.~~ III ~~[illegible]~~

VI. a valt. 106

~~Appendice VI a valt. 106.~~

[1366—1375].

IV. 34 e 35

Ordinamenta inter officia judicum et juratorum [1]

Quanta justitie sint comoda, quon-
~~taque~~ ~~ab~~ altissimo cuncta creante ipsam
operando merita colligantur et quantis
deserviat justicia dispendiis potest longis-
simum explicare. Nam ex ipsa justitia
regnum celorum acquiritur, pacis comoda
vendicantur, terre et loca reflorent, artes
lucrative crescunt proficiunt, populares
mores redduntur exculti ac genus mora-
lium subportabili successione jugiter
ampliantur. Cunctorumque utilitas
frutifera custoditur, cum ipsa sit
bonarum mentium decora mater et
omnium virtutum regina et precipue
dominatrix conservacionis. Ex injusticia

1) dalla compilazione di disposizioni statutarie ~~del Cod. A 7. 1, tosc.~~
~~trascritte~~ contenute nel Cod A (c. 7. 1 e seg)
e ~~tra~~ scritte verso la metà del sec. XIV.

21

autem predictorum omnium opositum
colligitur evidenter et male operandi hominibus
materia preparatur. Nam fecit Deus
ab inicio hominem rectum et simplicem
ac multis donis et virtutibus predotatum,
set ipse postea ex prima voluntate
et instigante suasione dyabolica juxta
Salamonis sentenciam infinitis questio
nibus se immiscat et ex transgressione
ipsius a peccato acquisivit sibi humana
natura virtutibus spoliata inclinacio
nem quandam continue delinquendi
ad discedendum quodammodo naturalem
quibus nisi obvietur mediante justicia
divina adeo defficeret gratia quod orbis
virtutibus denudatus submergeretur cele
sti gladio in profundum. Unde oppor
tet regularibus disciplinis et legibus
quantum possibile est dirigere et adju
vare naturam et effectus noxios debitis
remediis coercere ac lites et iurgia ab
hominibus extirpare et in re publica
virtutes inserere viciaque effugare ita
quod delictis et viciis effugatis et justi
cia ~~triumphante~~ triumphante possit
unusquisque ad sibi debitum racionabiliter pervenire. #

#

Idcirco Nos Dominicus de Pratta pro Reverendis-
simo in Christo patre et domino D. Marquar-
do Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignis-
simo Patriarcha, Capitaneus Consilium ~~et~~
et Homines Terre Utini Aquilegensis Diecesis
ad sonum campane more solito congre-
gati in collegiata majori Ecclesia Altissimi
Dei et gloriosissime Genitricis Sancte Ma-
rie intacte Virginis sub cujus clipeo contra
inimicorum tela protegimur et ad salutis
portas dirigimur ad Regnum pro salubri
ipsius Terre statu et officialibus de novo
juxta antiquum ritum creandis ac infra
scriptis specialiter peragendis congregati: adver-
tentes inter alia officia certa juratorum offi-
cium latum et arduum esse, illudque of-
ficium per quatuor dignos juratos suum
non posse integraliter sortiri effectum quod
in ipsa augmentata Terra Utini fraudes, jurgia
et delicta totum pullulant et continue

30

cumulentur. Quod nisi per infrascripta provisionis remedia suadentur ipsa Terra pati non posset de facili non modicum detrimentum pati posset. Igitur tenore presentium constitui-mus, ordinavimus, decrevimus et declaramus prefatum jurarie officium esse de cetero bipar-titum nomine et effectu sub modis et forma et ordine infrascriptis videlicet quod pri-mo antequam in Ringa celebranda (1) eligantur, decernantur et constituantur tres boni viri ydonei et sufficientes prout ipsi Ringe, vel majori parti videbitur qui ratione prepanderationis partis eorum officii nomi-nentur judices in criminalibus, licet eorum officium aliqualiter ad civilia se extendat post-que vero in ipsa Ringa celebrata tres alii boni viri recti et sufficientes eli-gantur, decernantur et constituantur, prout ipsi Ringe vel majori parti videbitur, qui jurati in civilibus appelantur quorum u-triusque generis officium anno durent revoluto: quibus judicibus in Criminalibus salarium duarum Marcharum Aquilegen-sium pro quolibet; autem aliis juratis in Civilibus salarium unius marche denariorum aquilegensium monete pro ipsorum quolibet sit constitutum solvendo quoque in fine eorum

officii per Camerarium seu Camerarium dicte Terre Utini de ipsius Terre gravaminibus et redditibus: attribuentes, dantes et plenarie concedentes ipsis judicibus in criminalibus sicut prefertur electis, auctoritatem bayliam et potestatem infrascriptam, videlicet:

Primo quod quascumque malefactores in Terra Utini ejusque districtu et Capitaneatu delinquentes et alios quascumque quorum punitio ad D. Capitaneum Terre Utini spectaret et pertineret summarie tale delictum sit vel dicatur fore commissum quod merito pena personalis vel vituperosa cadat in delinquentem diligenter, solicite et caute et studiose omni credulitate postposita una cum d. Capitaneo ipsius Terre Utini qui pro tempore fuerit examinare verbis et tortuis possint, valeant et debeant secundum eorum prudentiam et bonam et rectam conscientiam: confessionesque plene et clare et plus aperte quam possint, diligenter scribi facere et super his cum consilio bonorum virorum dicte Terre et inter se matura prehabita deliberatione juxta laudabilem ritum et modum antiquum dicte Terre Utini contra quascumque malefactores sententiam ferre ad penas vituperosas et personales secundum delictorum qualitatem et quantitatem et alia circa predicta exercere prout justitia ab altissimo attributa exigit et requirit.

A questa rubrica mancante nel testo, seguono le altre colle poche varianti da noi già a luogo segnate, pag. 57.

31

exercere prout justitia ab Altissimo attributa exigit et requirit.

Item quod possint et valeant et debeant quascumque questiones quomodocumque et qualitercumque origendas de finibus regendorum videlicet Aiddonarum, ... glariarum, stillicidiorum confinium divisionum possessionum et aliorum quorumcumque et finalia spectantium et pertinentium cum consilio bonorum virorum dicte Terre Ultini; et secundum eorum bonam opinionem et rectam conscientiam, non ducendo ipsas questiones per frustatorias dilationes per eorum aut majoris partis ipsorum sententiam diffinire et determinare.

Item volumus jubemus et mandamus, quod sententie vel diffinitioni et determinationi ipsorum vel majoris partis ipsorum iudicum finium stetur et sit standum, illa sententia, diffinitio et determinatio executioni totaliter per d. Capitaneum qui pro tempore fuerit indilate mandetur et mandari debet prout antiquitus est consuetum. Etiam in casu in quo duo tandem ipsorum judicum possent haberi sicut sepius solet contingere, nullaque appellatio contra eorum seu majoris partis sententiam latam admittatur nec per aliquam partium interponi valeat prout in predictis antiquitus est consuetum.

Altre disposizioni sui giurati e loro ufficio.

De non tromentandis absque presentia juratorum.

~~Cap. XXIX~~ V

Item statutum fuit in prefato Arengo quod cum D. Gastaldio sive rector pro tempore aliquem captivatum ~~citatum~~ vel ~~aut~~ detentum occasione alicujus excessus examinare voluerit de commissis per eum, habere debeat secum juratos Terre Utini qui fuerint pro tempore vel ~~aut~~ saltim duos ipsorum quos commode habere poterit. et de ipsorum consilio ad examinationem verbalem et personalem procedere prout eis videbitur expedire: et exquisita sive inventa per publicum Notarium scribi facere ut clarius per viam juris absolutio vel ~~aut~~ condempnatio subsequi mereatur (1).

(1) È ~~il Cap. XXIX dei Statuti contenuti nel Cod. [illegible] scrit~~to verso la ~~metà~~ dal sec. XIV.

1298 [Camerarius Comunis dedit] Juratis quatuor pro salario ipsorum marchas denar. IV. Quad. Camer Com. 1, 8.

1359, 29 martii [In Consilio] Supra querela facta per Magistrum Panthaleonem aurifi=cem contra Juratos qui contra eum quandam sententiam sententiaverunt, quam senten=tiam tanquam non iuste ut dicebatur latam petebat corrigi et retrahi cum ordine iuris per D. Capitaneum et Consilium Terre Utini; diffinitum fuit per maiorem partem astantium quod sententia Juratorum debebat remanere rata et firma et contra eam opponi non poterat. Ann. 2, 212.

1366, 28 oct. [In Consilio] Supra facto officii Juratorum, deliberatum fuit quod in casu in quo Jurati forent negligentes eorum exercere officium, requisitis primum per D. Capitaneum omnibus Juratis cum penis, possit ipse D. Capitaneus vel eius vicecapitaneus et non eius familiares inquirere tabernarios, panicolas, ypotecharios et alios sua propria auctoritate sine ipsis Juratis. Si vero vellent dictum exercere officium Jurati predicti, non possit tunc dictus D. Capitaneus nec eius vicecapitaneus sine ipsis Juratis officium predictum in aliquo exercere. Ann. 4, 240.

1380, 1 oct. Supra propositis per DD. Juratos, deliberatum fuit quod non obstantibus ali=quibus particulis comprehensis in Sacramento eis delato ut exerceant dictum eorum officium specialiter in quatuor in criminalibus, quidem regalibus, in iustificationibus mensurarum et ponderum et in diffinitionibus confinium viciniorum et generaliter in omnibus aliis que dictum officium officium, habeant et habere debeant et quod ex nunc eis et cuilibet ipsorum Judicum per hanc deliberationem conceditur liberalis et absoluta auctoritas quam moderno tempore et non antiquo habuerunt predecessores eorum in dicto officio deputatos alterius et creati ac exercentes dictum officium in quibuscumque ad id spectantibus Ann. 6, 292 t.

1359, 16 maii. [In Consilio] Diffinitum et deliberatum fuit per dd. Capitaneum, Consilium et convocatos ultra Consilium quod deinceps Ca=merarius et Officiales Comunis Terre Utini eligantur annuatim octo diebus ante festum S. Michaelis et Officiales qui nunc sunt perdu=rent usque ad dictum diem; item deffinitum et deliberatum fuit quod deinceps eligantur octo Jurati Comunis inter quos dividatur officium Juraria pro meliori et utiliori Terra Utini, hoc addito quod Camerarius teneatur exigere daciorum complementum XV diebus ante festum S. Michaelis. Ibid. 2, 214.

1359, 1 Dec [In Consilio Terre (Utini] supra recordatis
per me Leonardum notarium Comunis recordantem consilio
ut providi deberet de aliqua persona que haberet ad man
dandum hiis qui electi sunt ut interesse debeant Judicio
sub pena ordinata quod debeant interesse quando eos tangit.
deliberatum fuit quod hoc comitti deberet Cancellariis in Judicio
scribentibus coram D. Capitaneo, eos informando quod hunc modum
tenere debeant in predictis videlicet quod dare deberent in scriptis
prefato D. Capitaneo illos quatuor tangentes interesse Judicio prima
septimana et tunc alios quatuor quos tanget interesse Judicio
pro alia septimana, quibus sic tangentibus interesse Judicio prefatus
D. Capitaneus mandari facere debeat per precones ut sub pena
alias ordinata videlicet x soldorum interesse debeant Judicio omnibus
diebus illius septimane que tanget eos et quod pro qualibet vice
qua deficient debeant pignorari de dictis x soldis, quas penas notare
deberent dicti Cancellarii et supra predictis debitis fiendis et deferri
deberet [illegible]: Ann. 9, 304 t.

1409, 7 oct [In consilio terre (Utini) supra
propositis per Ser Petrum de Belloniis delibera
tum fuit quod nunc in prompto eligantur
per DD deputatos ad regimen Jurati et tunc
electi fuerunt Ser Stephanus Sbruli, Ser
Candido de Tarcento Ser Raynerottus cum hoc
quod eligantur singulis sex mensibus ad hoc
ut efficacius et melius possint et valeant
operari eorum officium et cum hoc quod
quicumque recusans huiusmodi officium
acceptare, incurrat penam xxv ducatorum
Comunitati applicandam. Ann. 17, 329 t.

1415, XXIX Septembris arengo.
Statuimus et ordinamus et reformamus
quod singulis annis in festo S. Michaelis
viros novem ydoneos eligantur et ferratim
in tribus brevunculis describantur et
[illegible] tres brevunculi in uno bossulo
includantur quibus imbossulatis unus
ipsorum brevunculorum extrahatur et
sic fiat de quatuor in quatuor mensi
bus et quibus electio seu sors tetigerit
habeant exercere officium Juratorum
de quatuor in quatuor mensibus

1422, 12 Sept. In magna convocatione [Terre
Utini] Deliberatum fuit et diffinitum quod
officium Juratorum uniatur et deinceps
perpetuo sit unitum cum officio Judicum
et quod deinceps fiat electio solum Ju-
dicum et quod ipsi Judices eligendi possint
et debeant ac auctoritatem habeant exer-
cendi utrumque officium scilicet Juratorum
et Judicum sicut antiquitus fiebat et quod
officium ipsorum Judicum debentium exerce-
re utrumque officium durare debeat
solum sex mensibus et quod singulo modo
anno die qua fiet electio DD septem et decem
cum Deputatorum fiat etiam electio ipsorum DD
Judicum. Ann. 22, 352 t.

Item quod debeat omnes ad bravium
equestre et pretorio currentes
fideliter tempore quo curre-
tur debito tempore ad cur-
rendum relaxare ut moris
est

Item quod possit valeant et
debeant omnes et singulas
mensuras videlicet congio-
rum vini, bucirarum et me-
diarum buciarum, stariorum,
quartarum, pisonalium tam
bladi quam salis et alia-
rum mensurarum inferius
circa predicta usualium,
ac omnes singulas mensuras
olei similiter et librarum et
ad ... infra dentarum, mo-
le...rum, drifforum,
...adoriarum marinarum
pannorum lane et lini,
cerarum, ac formae forma-
rum coppiorum et modo-
norum, mensurarum ven-
dentium annonam ex-
pensium sogarum et qua-
rumcumque aliarum men-
surarum cum diligentia
et cura sollicita reducere

t Cupporum

et reduci facere ad rectam, justam et legalem mensuram comunis Utini ac bulla comunis predictorum quamlibet bullare seu bullari facere.

Item quod possint, valeant et debeant omnia et singula pondera cujuscumque conditionis existant videlicet ducatorum, florenorum similiterque marchorum tam etiam apothechariorum speciariorum quam becchariorum vendencium bombacium ad pondus balancie et aliarum quarumcumque rerum que ad pondus balanciarum venduntur, nec non staderiarum cujuscumque conditionis existant. Et generaliter quecumque alia pondera tam balanciarum quam staderiarum cujuscumque conditionis et generis et nature sint rectum, justum et legale pondus consuetum comunis dicte terre Utini

80 78. De percussione alterius cum sanguinis effusione

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis vulneraverit cum sanguinis effusione aliquem virum Utinj seu forensem cum ferro, ligno, lapide aut pugno, unam marcham solvat, cuius tertia pars sit domini Capitanei et alia communis, et passo iniuriam eius sacramento, salva taxatione domini Capitanei cum consilio bonorum virorum Utinj solvere et satisfacere teneatur.